34-7-B-20- 3 99

# FABII CAPYCII GALEOTAE

## REGII CONSILIARII, AC REGII PATRIMONII FISCI PATRONI,

*DE PRINCIPIS POTESTATE*
*circa reuocationem Priuilegiorum, et conceſſionum*

PRAESERTIM DEMANIALIVM, IVRISDICTIONALIVM
& earum, etiam quę in contractus transfunduntur

RESPONSVM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



NEAPOLI, Apud Aegidium Longum Reginm Impreſsorem 1630
*SVPERIORVM PERMISSV.*

100

# ILL.MO ATQ; EXC.MO DOMINO D·FERDINANDO AFAN DE RIBERA, ET ENRIQVEZ, DVCI DE ALÇALA ET GANZVLES,

*ET IN PRAESENTI REGNO Viceregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali, &c.*

*FABIVS CAPYCIVS GALEOTA S. P.*

INſtitueră pro modulo meo de venditione Locorum Demanialium, quæ ſentirem, mandare litteris, Princeps Excellentiſſime, nimirum, vt mea fert opinio, ex omnibus belli, paciſq; ſubſidijs, nullum eſt, aut magis æquum, aut minus incommodum, aut ita expeditũ, ac propè in manu Inuictiſſimi Re-

gis noſtri, Monarchæ potentiſſimi, ſiuè ad tuendam publicæ pacem, ſiuè ad abigendos finibus hoſtes, ſiuè ad eludendas ſubitas eorum incurſiones; inſtitueram autem hæc ſcribere decem ante annis cum eodem ornatus magiſtratu, Fiſci item Aduocatum agerem, ſuffectus huic muneri iuſſu Excellentiſsimi Ducis Oſſunę tui Conſobrini, quin cum multis alijs nominibus laudem meretur præclariſſimi Proregis, tum illo imprimis, qđ quæ alendis, inſtruendiſq; exercitibus, & ſi longè abeſſent, neceſſaria fore videbantur multò ante adornabat, & in loco, ac tempore, opportunè atq; affatim ſuppeditabat. Omitto claſſem illam, quæ parum abfuit, quin iura, legeſq; imponeret mari Adriatico: multa alia prætereo, vnum hoc recenſebo, cum arderet flammis belli inteſtini Germanici quantam vim pecuniæ quantam bellici apparatus opem Cæſari ſubmiſit? idq; nulla vexatione populorum; ſed aucto ſenſim vectigali ex Portorio, Imperio ſuo, labore, & commentatione mea, qui tum etiam munere fungebar Fiſci.

Opportunè autem, ac percommodè cecidit, vt hæc mea lucubratio typis mādetur inter armorum fragorem, ſtrepitumq; tubarū grauiſſimorū bellorum Italici, ac Belgici, cum ſerio, & conſtāter agitur de parandis, mittendiſq; ſubſidijs ad bella pro dignitate inuictiſſimi Regis ſuſtinēda: ſed nihil mihi accidere potuit auſpicatius, ac feli-

cius

cius,quam,quod hæc noſtra quæcunq; cõmentatio, lucẽ aſpicit eruditiſſimis auſpicijs tuis P. Excellentiſs.cuius nõ auctoritate ſolum & imperio, ſed conſilio etiam,ac ſolertia Italici belli neceſſitatibus celeritate incredibili proſpectum eſt; Ac ſatis iam ſatis oſtendiſti, quam alte bis belli, paciſq; artibus imbutus: ſortitus naturam, quæ ad clauum tractandum imperij,ſiuè doctrina ſumma,ac præſtantiſſima eſſe potuiſſet: ea autem à te adhibita doctrina eſt, quæ vel inertem naturam excolere,ac perficere poſſet: quo fit vt vſu, & experientia,non id aſſequaris vt fias peritior, ſed vt fias notior,nec tamen propterea frequentes prudentum conuentus reſpuis, aut negligis: ſed ita ſententias exquiris aliorum,ſentẽtiarum ſic momẽta perpendis,quaſi conſilio indigeas: quæ tua modeſtiſſima ſapientia, vt alios, ſic me quoq; ad ſententiam ſine fuco,& fallacia dicendam hortatur,& allicit,ea autem eſt quam initio propoſui: nullum ne excogitari quidem poſſe, aut æquiorẽ aut certiorem, aut operationem conficiendã celeriter pecuniæ rationem, quam opidorũ demanialium vẽditionem, & fortaſsè hæc vna ratio eſt certa,expedita,& efficax.

Qua in re non meo ſolum ſenſu ducor,ſed auctoritatem ſequor Excell Comitis Beneuenti,quẽ honoris cauſa nomino, cum maxima felicitate, moderatione animi, temperantiaq; huic Regno

Pro-

Prorex præfuerit. Is igitur in Supremo Italiæ Conſilio hanc eandem comparandæ pecuniæ rationem propoſuit, ſeq; eam Neapoli, à prudentibus Viris, vſu ac doctrina præſtantibus accepiſſe narrauit: has inter viros nulli dubium eſſe pōt, quin adnumeretur patruus, ac præceptor meus Camillus de Curte, quem ille eum Regentem à latere, ac S.C. Præſidentem creaſſet, omnibus de Rep. conſilijs adhibebat. Atq; vt illum ad Supremum Magiſtratū euexit, ſic non eſt dedignatus, me tunc propè Ephœbum inter Iudices controuerſiarum legere, nec vmquā amouit, donec ipſe Regno præfuit: cui moneri cum quatuor integros annos vacaſſem, eo dimiſſo repetij patrocinia cauſarum, propoſueram enim ante honores, ac magiſtratus non ambire, vltro delatus non reſpuere, eoq; animo fungi, vt ijs ſolutus cauſas in foro agerem, ne vmquam eſſem otioſus, propoſitumq; tenui donec Excell. Dux Oſſunæ, me & Aduocati Fiſci, & Propræſidentis onus ſuſtinere iuſſit, multiſque alijs negotijs impoſuit magnis, & grauibus, quibus etiam pro virili explicatis, conuerſoq; eius diſceſſu rerum ordine, rurſus ad forum, muniaq; cauſarū reuerti ſed breui. Etenim ſtatim ac Excell. Albæ Dux cognouit, qua fide, ac diligentia, viginti annorum ſpatio, alijs, atq; alijs magiſtratibus functus eſſem, e re publica, ac Regia duxit, ſi me ad perpetuum magiſtratum eue-

he-

heret,nec ante deſtitit, quam Conſiliarium crearet,exemploq; quia recens erat,meorum pro Regio patrimonio non inaniũ laborum memoria, iuſſus ſum idem repetere munus, duplici, vt ante ornatus magiſtratu: quo in munere an muneros, parteſq;expleuerim meas, aliorũ eſto iudicium, tuũ imprimis P.Excell. qui & ab alijs cognoſcere facilè poteris,& ex ijs æſtimare,quæ oculis vides, ac manu tangis. Quorſum hæc? vt vacationem exorem. nam profectò ſi vtriuſq; temporis ratio ſupputetur,quo Fiſci partes ac iura tueor,nempè & prioris triennij, cum à Duce Oſſunæ ſuffectus ſum, & poſterioris huius, cum ab ipſo Philippo Rege Hyſpaniarum IV.præpoſitus huic muneri ſum; ſex eoq; pluries anni ſunt, quibus aduocatione fungor Fiſci: graue omninò munus, onus grauius,ſolicitudinis, ac moleſtiæ plenum: quæ cauſa eſt,vt neq; in Hyſpaniæ perpetuus hic magiſtratus ſit, & Neapoli vſu receptum, vt exacto quinquennio, vacatio, commutatioq; cum alio magiſtratu facilè impetretur: Huius equidem conſuetudinis vſum,diuturni laboris fructum, premium fidelitatis, vigiliorum, moleſtiarumq; non vulgarium etiam,atq; etiam ab humanitate, & æquitate animi tui precor P.Excellentiſs. vtinam impetrem.

Nunc quod inſtat,ore etiam obteſtorq; vt huius arbitrium rei,cuius hoc libello,momenta cõ.

moda

moda, æquitatem perpendo ad trutinam reuoces exquiſitiſſimi iudicij tui: qui ſi ſententiam, mẽtemq; meam non improbaueris: ſpero fore, vt ſubiecti populi, grauioribus immunes exactionibus, multò meliore quam nunc futuri cõditione ſint: præſertim ſi Barones ſortiantur, qui in fidem, ac tutelam ſuam acceptos populos, à locupletium potentia, iniuriaq; vindicent, crimina multent omnium, inimicitias componant: præſtentq; nè ærarium potentiores expilent: ferè n. in oppidis, vrbibuſq; demanialibus, potentiores publici ærarij expilatores ſunt depreſſis tenuioribus: Præfectum verò, cum quot annis mutetur, ad ſe, ſuaq; commoda facilè trahunt, ſemperque magiſtratus vrbanos creant, qui vel affines, vel cognati eorum ſint, aut certè eiuſdem ſint volũtatis, ac ſtudij obſequẽte, aut coniuncte Præfecto quæ cauſa eſt poſtremæ, & irreparabilis ruinæ vrbium demanialium: cui ruinæ nulla expeditior, certiorq; reparatio, quam ſi Baronem ſortiãtur, qui ſummos cum infimis pari iure cõponat, datq; operam nè publica vtilitas, fructuſque demaniales in paucorum cedant commodum.

103

# DE PRINCIPIS POTESTATE, CIRCA REVOCATIONEM PRIVILEGIORVM.

*Ieſus, Maria, Ioſeph.*

ETſi periculoſum ſit de Princi-
1 pis poteſtate † differere, *l. diſputare, C. de crim. ſacril.* nam
2 ſupremus Princeps † nulli adſtringitur formæ, nec ab eo eſt exquirenda ratio cũr ita facis; ſecundum *Bal. in l. impetrata, C. ſent. reſcindi non poſſe*; poſ-
3 ſunt enim Principes † ſupremi ſupra ius, contra ius, & extra ius ad libitum diſponere, *Speculat. tit. de legibus, §. nunc oſtendendum, verſ.* 89. *Bal. in prælud. feu. col.* 9. *Albert. Brun. conſ.* 1. *nu.* 33. *Io. Campeg. inter conſ. Bruni*
4 *conſ.* 2. *num.* 38. Plenitudo † enim poteſtatis nulli eſt neceſſitati ſubiecta, nulliſq; iuris publici regulis reſtricta, ſecundum *Bald. in l.* 2. *nu.* 39, & 40. *C. de ſeruit. & aqua, Iaſ. inter conſ. Bruni conſ.* 8. *nu.* 8. vt latiſſimè poſt alios proſequitur *Fridericus Prukmannus Germanus in tract. integro quem edidit, De ſoluta poteſtate Principis, exploſa Couarruuia, ac Pinelli* opinione, aſſeren-

5 tium non dari in Principibus humanis † ſupremam poteſtatem, dum conſtat, eos à communi opinione
6 aberraſſe, cum hæc communi interpretum † conſenſu, frequentiſſimo Principum vſu, ac etiam de iure receptiſſima ſit, vt animaduertit pulchrè *Peregrin.art.*52. *nu.*114. *de fideicomm.* vbi infert non inutiliter plura in hac materia ſcripſiſſe *Euerard.*in loco à plenitudine poteſtatis, & *Petram de poteſt.Principis cap.*1. *in fine*.

Nihilominus adeò emicat iuſtitia Inuictiſſimi noſtri
7 Catholici Regis, quem vti ſtellam † matutinam inter alios Reges intuemur, *vt poſt Corſetum q.*27: *de poteſt. Reg.* exclamat *Ioannes Rodinus de Maieſt. Principis, verſ.Imperatoriam maieſtatem, nu.*62. *to.*16. *tractat.*
8 nec recognoſcit Imperatorem, † aut alium humanum laicum Principem, vt ex multis probat *Caſtillo deciſ.*129. *nu.* 12. *tom.*2. vt de ipſius poteſtate ſubdi-
9 tis diſſerere permictat; vt quia illa nunquam † vſus fuerit, nec vtatur, nec etiam eius Anteceſſores vnquã dicta poteſtate abſoluta vſi fuere, vt refert *Cannet.in Extrauag.Si quis aliquem, fol.* 266.*n.* 111. niſi coniuncta cum dictamine rationis ob bonum publicum, & commune; nedùm tot Regnorum ſuę ditioni ſubiectorum, ſed totius Chriſtianæ Reipublicæ, cuius fuit, vt erit in æuum acerrimus propugnator.

Cum igitur pro defenſione, & tutamine Romani Imperij, Inuictiſſimæ, Sacræq; Domus Auſtriacæ, religionis, & Fidei Chriſtianæ ad profligandum Exercitum Hæreticorum Alemaniæ pro cauſa tam pia, vrgenti, & neceſſaria ſtatuerit; procedere ad alienationem, infeudationemq; Demanialium Regni, ne ſubditi maxima ſarcina pro præteritis malis, infortunijſque grauatis ex cauſa finitimorum bellorum, maiori præ-

merentur onere;nemini;licere;permittendum eſt,illud
iniuſtum aſſerere,id quod Rex tam iuſtiſſimus, & pijſ-
ſimus,neceſſitate coactus, vt iuſtum , ad euitandum
maiora mala ſuis ſubditis,quos pluſquam paterno af-
fectu proſequitur,faciendum decreuit .

10 Et quia vaſtum eſt Oceanum † poteſtatis Principis
præſertim circa reuocationem priuilegiorum, gratia-
rum tàm ſimplicium , quàm earum quæ in contractus
transfunduntur , ſiuè conuertuntur, & procelloſum
Equor circa reuocationem contractuum,& de iure
quæſito tollendo,& ex quibus cauſis id permitti poſ-
ſit,in qua materia,tàm latè patent DD.ſcripta,& tra-
ditiones in lecturis, conſilijs, integriſque tractatibus
editis,& in Comment.legum Roman.,communium,
& municipalium;Hiſpan. Italię,& ſingularibus reſpõ-
ſis, vt illa omnia breui allegatione perſtringere ; eſſet
mare concleari haurire , idcircò contentus ero reaſ-
ſumere ſubſcripta capita , ſiuè concluſiones magis
communes,quibus diuerſi caſus decidendi,complecti
poterunt .

PRima Concluſio. Princeps ſupremus de conſueta
11 poteſtate ordinaria põt † priuilegia ſubditis con-
ceſſa, & gratias illis factas pro libito voluntatis reuo-
care,& delere etiam nulla ſubſiſtente legitima cauſa,
*Gloſ.vlt.verſ.manſurum,in reg.decret.* 16. *de reg.iur.*
*in 6.l.qui fundos, C.de omni agro deſerta l.* 11.
B*utrius,Ancbar.Io.Faber,Paul.Caſtr.Aret.Card.*
*Felin.Iaſ.Dec.Lupus,Curtius Chaſſan.Ruyn.Gramm.*
*& alij citati per Anton.Gabr.de iure quaſito non tollē-*
12 *da, concl.* 7. vbi hanc † concluſionem adſcribit inter
receptiſſimas, & pro ea citat etiam *Deciſ.Sac.Conſil.*
*Neap.in nouiſs.* 166. vt de more is Author citare ſolet
Dom.meum Antonium Capycium infra alleganda

 eius

eius deciſio. in materia reuocationis demanij. Adeò vt *Arboſental.Germ.* alioquin copioſiſſimus contentus extiterit ad probandam hanc primam concluſionem, (quam itidem communi calculo DD.probatam teſtatur) ferè ſolius *Gabr.* teſtimonio,vt rem paucis (vt is dicit) explicaret *tom.1.de feud.c.3.concl.21.in prima DD.coaceruatione.*

Licet enim priuilegia deceat eſſe perpetua, & mã-
13 ſura,non tamen ideò minus † reuocari prohibentur etiam ſine cauſa à Principe concedente, ſecundum *glo.in d.reg.16.de reg.iur.in 6.Suar.de legib.c.37.*cui nunc addo nouiter *Gabr.*Pereira *de* Caſtro *moder.Luſit.de manu* Regia *to.1.c.6.de concordia nu.7.*

Et quamuis pleriq; ex DD. reſtringant hanc primam Concluſionem. Primò,non procedere quando
14 priuilegium non remanſit † in puris terminis priuilegij,ſed transfunditur in contractum, quod dicunt cõtingere,cum Princeps concedens aliquid eſt lucratus à conceſſionario, putà quia ab eo recepit aliquam donationem,vel factum,quod habeat perpetuam cõmenſurationem cum re conceſſa,quia tunc priuilegiũ reuocari non poteſt ſine cauſa, iuxta *Theor.Nicol.de Matthar.* quam refert,& probat Bal.*in l.qui ſe patris, poſt num.mihi 10. verſ.ſed Nicolaus,* C.*vnde liberi,cũ alijs per* Lancell.*in templo Iudicum,*§.3.*lib.1.c.1. de Imperatore,tit.priuilegia poteſt reuocare,verſ.octauo è conuerſo,nu.4.fol.76.à ter.*

Et hinc plerique auſi ſunt extendere dictum Baldi, ad quodlibet priuilegium, ſiuè conceſſionem factam
15 † in remunerationem ſeruitiorum, quod exindè dicatur tranſire in contractum; & ex conſequenti effici irreuocabile,& fatentur quod licet *Matthar. & Bal.* non loquantur de iſto caſu, ſed dumtaxat de priuile-

16 gio conceſſo † non ſubdito, vel de conceſſo ſubdito accepto ab eo pretio, vel aliqua alia obligatione, quæ loco pretij ſuccedat, putà ſi ſubditus promiƈtat certũ quid facere, & adimplere, quod habeat perpetuam, & conuenientem commenſurationem cum priuilegio, vel re conceſſa, *vt Bal.* apertiſſimè loquitur, & ſequitur *Paul. in l. digna vox, nu. 6. C. de legibus,* ſequuntur *Aret. n.* 18. *Felin. n.* 11. *in c. nouit de iudic. cum concord. congeſtis à Peregr. de iu. fiſ. lib.* 1. *§. hactenus diſſeruimus, nu.* 18. *verſ. intellige tertio*, vbi in ſpecie reaſſumit ex ſcriptis per maiores noſtres ſe reperire, duobus modis priuilegium tranſire in contractum. Primò, ſi conceditur ſubdito pretio accepto. Secundò, ſi concedatur non ſubdito, vt per eum nu. 3.

Reſtringunt etiam ſecundò, vt ità demum priuilegiũ
17 † ſubdito conceſſum ſit reuocabile, ſi permanſerit in finibus priuilegij, ſecus autem ſi ex priuilegio translatum ſit in ſubditum dominium directum, vel etiam vtile, quia tunc cùm dominium acquiſitum ſit iuriſgentium, licet modus acquiſitionis ſit iuris poſitiui, vel ciuilis mediante ſcilicet priuilegio nõ poterit dominium auferri ſine cauſa à Principe, vt poſt *Pau. in d. l. digna vox* tradunt *Aret. d. c. nouit, n.* 28. *Felyn. n.* 21. *Caſtr. conſ.* 239 *col. fin. lib.* 1. *Gabr. lib.* 3. *comm. concluſ. tit. de iure quæſito non tollend. concl.* 7. *num.* 3. vbi alios refert; inſignis, & maximi nominis *I. C. Dom. Præſid. Rouitus in comment. ad pragmat. de reuocat. gratiar. num.* 22.

Non tamen iſtę reſtrictiones ſunt ità ſimpliciter admiƈtendæ, & ſi aliquo modo eſſent tollerandæ, non comprehenderent caſum noſtrum reuocationis priuilegiorum Demanij: Circumſcripto enim articulo; Vtrum Princeps poſſit reuocare priuilegium qđ verè, & pro-

& propriè tranſit in contractum iuxtà theoricam *Bal.*
18 & communes traditiones, † quod eſt, cum accepto pretio, vel habitus eſt reſpectus ad factũ commenſuratiuum priuilegio conceſſo, de quo inferius in vltima concluſione tractabitur.

Dicimus interim primam reſtrictionem traditam iure potius conuertendam eſſe in ampliationem.

Vt priuilegium ſubdito conceſſum ſit reuocabile
19 † etiam ſi in remunerationem ſeruitiorum ſit conceſſum, cùm de meritis nõ eſt facta ſpecialis, & indiuidua mentio, ſed tantùm in genere, adeout non conſtet merita æquiualere priuilegio conceſſo.

20 Communis enim, & vera eſt reſolutio, † quod aut ſumus inter perſonas prohibitas, & tunc nedùm requiritur meritorum ſpecifica, & indiuidua enumeratio, ſed aliundè probare oportet, & quod merita æquiualeant conceſſioni;

Aut verò inter perſonas permiſſas inter quas non
21 dubitamus eſſe Principem, † & tunc licet non exigatur probatio meritorum; attamen neceſsè eſt ſaltim, quod merita à Principe ſigillatim enumerentur, & qđ verè ſint digna ea remuneratione, vt dici poſſit factũ
22 commenſuratiuum, † alioquin priuilegium nullo modo transfunditur in cõtractum, ſed remanet in finibus gratiæ reuocabilis, prout in puncto poſt *Tiraquell. in l. ſi vnquam, verſ. donatione largitus, nu.* 89. *&* 91. *&* *Coraſium*, qui teſtatur de communi, prout eum refert *Villalobos in Aerario comm. opin. lit. D. n.* 159. & alios multos tradit optimè *Azeued. lib.* 5. *tit.* 10. *de las donaciones, l.* 3. *nu.* 32. *& melius* 33. *in fine*.

23 Et ob id paſſim DD. communiter dicunt, † etiam inter perſonas non prohibitas exigendam eſſe neceſſariò deſcriptionem ſpecificam meritorum, vt poſt

Socc.

*Socc.conſ.295.lib.2. Ruin.conſ.372.num.12.lib.1. & alios Rota Autmon.dec.22.n.10.latè Hondea.conſ.47. lib.1.nu.35.in fine 37.44.& 51. cum alijs à Menoch. conſ.112.nu.22.congeſtis.*

Quinimò cùm priuilegium ſtat in terminis conceſſionis, et quod conceſſio fuerit facta præcedentibus meritis,& quod plus eſt etiam mediante pecunia,quę
24 non æquiualeat conceſſioni † non dicitur tranſire in contractum,& ſic remanet reuocabile,*Felyn.in d.cap. nouit,nu.5.verſ.nunc tranſeo, Soccin.conſ.4.nu.6.in 3. Natta infra citandis conſ.511.512. & 657. Gramm. dec.46.nu.5. Boſſius de Principe num.152.* & ità dicit procedere *conſ.Caſtr.317. viſo, & examinato col. 3. verſ.ſed in propoſito, lib.1. Amad.d.tit.de his qui feud. dar.poſſ poſt num.98.verſ.ſecus ſi ſtat*, faciunt, quæ tradit *Menoch.infra cit.c.29.lib.3.de præſumpt.n.21.*
25 Et in priuilegio remuneratorio, † quòd poſſit ex iuſta cauſa ſuperuenienti reuocari, etiam quod tranſierit in contractum;nàm ſi Princeps poteſt vti rebus ſubditorum in bonum Reipublicæ,à fortiori poterit limitare,& caſſare contractum cum ſubdito geſtum, & reuocare concordata,relatis *Afflict.dec.361.nu 6 Rolando,Caphalo,Molina de primog Gabr.Suar Coſſiod. Put.Menoch.* Peregr. *Burg.de pax, Cetian.Oz.ſcb.Simoneta de reſeruatione,& alijs,* tradit *Gabr.Pereira de manu Regia to.1.c.6.nu.7.& 8.*

Prætereà ex alio merita ciuium harum Ciuitatum, & Caſtrorum Regni, qui prætendunt habere priuilegia demanij non debent eſſe tanti ponderis, vt ex eis
26 priuilegia,efficiantur irreuocabilia; ſiquidem † ſicut filius,& vxor tenentur patri,& viro ad opera obſequij, quę reuerentię appellamus ipſo quidem iure diuino, vt ex veteri teſtamento Platone, *Ariſtotile*, & Cicer.

pro-

probant infra citandi DD. & proindè nulla poſſunt conſiderari merita filij,& vxoris ergà patrem,& virũ, quæ ſint remuneratione digna, *vt poſt Lupum, Tiraq.*
27 & alios probat *Dom.de Franch.dec.428.nu.5.* † nàm ceſſat meritũ vbi quis ex debito operatur, iuxtà *Diui Thomæ* ſententiam *in 1.2.q.7. art.5.* proindè nulla poſſunt conſiderari merita condigna in his ciuibus,ex quo fideles ſe præbuerint Inuictiſſimis Aragonẽſibus, & Auſtriacis Regibus,& quod hoſtibus,& inuaſoribus reſtiterint, cum ad id tenerentur ex debito ſubiectionis, & vaſſallagij,ea præſtare, & Dominum comitari
28 in bello,† ibique opem ferre etiam extra Regnum, *Iſern.in c.1.nu.3.quib.mod.feud.amiſſ.vbi Affl.n.27. & dec.265.nu.50.* ad quam fidelitatem etiam Bur-
29 genſes vaſſalli tenentur,† iuxta tradita per *Dominum meum de Curte in Diuerſ.iur.feud.cap. incip.Tenor ergò,&c.* & conſequenter tollitur omnis obligatio me-
30 ritorum, † vt dixit *Neuiz. vulg. conſ. 12. in lib. Bruni nu.90.lib.1.authoritate Lupi in cap.per veſtras,* & firmauit optimè *Menoch.lib.3.de præſumpt.c.29.à n.12. ad 21.* qui fruſtrà nititur corrigere ſuam ſententiam in conſ. *M 111:nu. 68. & 74.* dùm pro Excellentiſs. Condeſtabili Caſtigliç anxiè reſpondit pro validitate conceſſionis factæ ab Henrico IV.Hyſpaniarum Rege D. Petro de Valaſco.

Et quod merita non ſint tanti facienda, vt dicatur
31 priuilegiata conceſſio,† rogo videri,quæ doctiſs.conſiderat *Arius Pinell.in l.1.par.3.poſt num.59. à verſ. extra hunc caſum, fol.mihi 305. in paruis, vſque ad fol.325.& præſertim illatione 13.14.& 16.* vbi in ſpecie concludit,conceſſionem ob benemerita, non ideò minus effici irreuocabilem,& ob id priuilegia, & conceſſiones Principum non alterari etiam ſi de meritis

conſtet,

32 conſtet,† quod ſubtiliter,& latè *Pinel.* proſequitur, in quo punctualis *eſt deciſio Senat. Luſit. collectore Cabedo dec.75.p.2.per tot.præſertim nu.*10.*vbi n.*11. *&* 12. recenſet plures reuocationes factas per Reges Alphonſum, & Ioannem. Adhoc enim,vt conceſſio dicatur facta in remunerationem ſeruitiorum ex cauſa præcedentis obligationis, neceſſè eſt, quod ſeruitia illa, quæ remunerãtur nõ ſint præſtita à ſubdito,qui ratione ſtipendij, vel ex debito officij ad ea tenebatur, quia tunc non ſunt in conſideratione ad producendam aliquam obligationem,nec etiam an-
33 tidoralem,adeò, quod † Fiſcus tali caſu ad emendã nequaquam tenetur,vt poſt *Tiraq.d.verbo donatione largitus,nu.*106.*Affl.dec.*307.*nu.*13.*Gamma dec.*29. *poſt nu.* 1.*docet* D.*Rou.conſult.impreſſa pro Reg.Curia poſt eius conſil.li.*1.*n.*9.*&* 10.*& ante ipſos D.Reg.de* Ponte,qui ſic deciſum refert *conſ.*59.*nu.*17.*lib.*1. *& de poteſt. Proreg.tit.*5.*n.*24.*Coſta de remed.ſubſidiar. remed.*114.*nu.*3.*& nouiſſimè poſt* Pinell. *proximè citatum* Barboſ.Surd.Plot.Boſſ.Bereſt.*& Coſtam* hanc
34 communiſſimam concluſionem † quod donationes, quæ à Principibus fiunt ſub commemoratione remunerationis ſeruitiorum nihil diſtẽt à gratuitis ſequitur,& perbellè explicat *Ill. Marchio Corleti* doctrina cum maximo iudicio,& rerum experientia pollẽs *in comment.d.l.*1. *&* 2.C.*de fil.Official. nu.*38.39. *&* 40.*lib.*10.*& ibidem n.*42.*ex* Loffredo,*de* Ponte,*Anna*
35 *filio*, Reuerterio, *& alijs* ſubdit, † hinc Principem,& eius fiſcum nullatenus teneri de euictione pro huiuſmodi largitionibus meritorum cauſa factis,& ſic deciſum refert in cauſa Iulij de Capua cum Regio Fiſco,& in cauſa Ill.Ducis Sueſſæ,ſic pariter deciſum teſtantur *Vrſill.add.Affl.dec.*307.*n.*8. *Conſ.Geor.li.*4.

36 *repet.feud.c.* 33 *.n.* 4 *.&* 39. † Ex quibus planè cõſtat nil huic communiſſimè cõcluſioni officere tradita p Illꝰ Marchionem Belmontis meritiſs. Summi Collat. Decanum *in deciſ.6.* ſupremi Senatus; ſiquidem in illo caſu fuerūt pſtita ſeruitiua ſatis longè excedētia debita obſequia, vt ipſemet *D.Reg.põderat ſub n.*27 *verſ.ex quibus, &c.& ſub nu.*29 *.verſ.dicebatur, &c.* quo caſu in eo quod excedit dicitur remuneratoria, vt probant DD. *ſuprà relati.*

Sed & ſi veræ eſſent, & admittendæ ſupra relatæ DD. reſtrictiones ad hanc primam concluſionem, qđ non concedimus. Adhuc tamen in caſu noſtro viget prædicta Concluſio affirmatiua pro Principe, vt valeat omninò reuocare priuilegia, quinimò & contractus vt infra, retinendi Ciuitates, & Terras ſub perpetuo demanio.

Siquidem in caſibus, in quibus priuilegium ex dominij tranſlatione, vel aliter vt ſupra tranſit in con-
37 tractum, & ideò perficitur irreuocabile; † limitatur tamen in cõceſſione iuriſdictionis, vel aliter quomodocunque in iuriſdictionalibus, quia iuriſdictio adeò cohæret Principi, vt ab eo fluit, & refluit, & tam latè patet eius poteſtas, vt omninò quælibet iuriſdictionis conceſſio, ſiuè priuilegium iuriſdictionalia concernēs nullo modo deſinat eſſe reuocabile, vndè cùm priuilegium demanij concernat iuriſdictionalia, vt nemo præter Regem valeat iuriſdictionem exercere in terris demanij, non mirum ſi huiuſmodi priuilegia etiã quæ effectum ſortita ſint, ad libitum reuocentur, vt vt probatur in Contt. Priuilegia, ſub tit. de priuileg. eor qui citari, &c. & priuilegiorum initarit ne, vbi *Iſern.* dicit, quod poſitiua tollaut Principes quandò volunt.

38 Sed optimè hoc probat *Bald.* † qui,vt per ſepè in multis locis omnia dicit,hic vno in loco cõpleuit v3. *in d.l.qui ſe patris,in verſ.ſed Nicolaus*, poſtquã docuit priuilegia eſſe reuocabilia, niſi accepto pretio, reſtringit hoc eſſe verum in conceſſis, & promiſſis,
39 † ſecus verò in promiſſis, & translatis v3. per traditionem,& dominij directi,vel vtilis translationem, *ſicuti Bal.nuncupatim declarat Amad.in repet.cap.1. n.97.in fine,de his qui feu.da.poſ. impreſſa poſt tract. de laudem:Gram.dec.30.nu.3. Rol.conſ.48.nu.21.& conſ.8.n.15.li.2.Belluga in ſpec.Prin.rub.22.verſ.& quia quotidiana n.30. D.Reg.Tap.in rub.de conſtitu. Princ.c.4.n.14.& 15.& dec.1. n.7.& 8.*

Addit poſteà Bal.reſtringens,& tradens caſum, vbi etiam in conceſſis,& promiſſis conceditur reuo-
40 catio,† vt in iuriſdictionalibus, & reddit rationem, nam in eis ſemper authoritas ſuperioris,ſcilicet concedentis reſeruatur, & niſi eius authoritate non põt exerceri, cùm in eo reſideat ſuprema poteſtas inſeparabilis, vnde poteſt iuriſdictiones aliorum ſupprimere non ſolùm ſingularium perſonarum, ſed & Ciuitatum; *Hæc Bald.*

Et ſubdit,quod in translatis verò,quoad directum dominium,vel vtile, & ſic extra iuriſdictionalia, vt
41 colligitur ex illa aduerſatiua (verò) & ex eo,† quia in iuriſdictione non datur propriè dominiũ,ſed exercitium,non habet locum penitentia,cùm de iure gẽtium teneatur ex ſuo conſenſu,quod exemplificat in feudis ablatis,vt indè pateret, loqui de rebus ſoli, in quibus conſiſtit feudum, & cadit propriè dominij ſaltem vtilis translatio.
42 Et ſic *Bal.* optimè excipit † quęcunque priuilegia cõcernentia iuriſdictionalia, vt ſemper reuocari poſ-

ſint etiam Ciuitatibus,& Terris,& ſi tranſierint in contractum.

*Idem Bal.in rub.C.de precib.imper.offer.nu.*17. *& in c.*1.§.*adhęc,de pace iur.firm.* vbi conſtanter idem aſſeberat;

Sequuntur *in d.c.nouit* Aret.nu.23. *Felyn.num.*8.
43 *Dec.nu.*14. † qui in ſpecie loquuntur etiam in caſu vbi priuilegium tranſierit in contractum,*Gram. vid. dec.*46.*num.*2.

*Gabr.d.concl.*7. *num.* 7. referendo ſolùm *Gram.d. deciſ.*46.

*Pinell.* plures citans,& inter alios *Affl.Boer,Dom. Capyc.Suarez,& alios in prima parte, rub.C.de reſc. vend.c.*2.*in fine,verſ.ſed ex proximè deductis,* dùm intelligit *Affl.* loqui in iuriſdictionalibus; ſiuè etiam in regalibus.

Et ſimpliciter multis relatis concordat *Amad.in d.c.*1.*poſt nu.*95.*verſ.quod maximè procedit.*
44 Nec eſt differentia † inter concesſionē iuriſdictionis factam ſingularibus perſonis, vel etiam Ciuitatibus,vt *Bal.* loquitur) affirmatiuè transferendo in eas iuriſdictiones,vel negatiuè,vt non poſſint cognoſci, vel conueniri,niſi ſub Iudice,vel Capitaneo deſtinādo à Rege,& qđ non poſſint vendi, vel concedi cuicunque perſonæ, itaut neminem recognoſcant in ſuperiorem,niſi ſolùm Principem, in quo conſiſtit in effectu priuilegium demanij.
45 Siquidem † faciliùs reuocatur priuilegium negatiuum , cuiuſmodi ſunt priuilegia demaniorum ( vt ſcil.vendi non poſſint ſubditi (quam affirmatiuum,)
46 & in puncto, † quod priuilegium, vt quis non adſtringatur,niſi ſub tali Iudice tanquam negatiuum poſſit omninò reuocari; quia huiuſmodi priuilegia

non conſumunt effectum ſuum, niſi in dies, cum cauſam ſucceſſiuam contineant, & in reliquis res dicatur integra pro annis futuris, ideò facilè poſſunt reuocari, secùs in affirmatiuis, vt cùm Rex concedit ius, ſiuè facultatem, ex *Caſtr. conſ.* 229. *col. fin. lib.* 1. *&* *Ripa quē citat Cæph. videndus conſ.* 342. *num.* 44. *lib.* 3. *&* *melius Natta*, qui non diſtinguit inter negatiua, & affirmatiua, ſed dicit concluſionem procedere in priuilegijs habentibus tractum ſucceſſiuum in futurum,
47 † vt omninò poſſint reuocari quoad actus futuros, *conſ.* 511. *poſt num.* 3. *&* *conſ.* 657. *n.* 7. 9. *&* *ſeq.* quia pro futuris annis non dicitur effectus conſumatus, vt multorum author. fundat *Petra de poteſt. Princ. c.* 24. *nu.* 247. *&* 264.

Et in puncto quod Ciuitates, vel populi, qui eſſent liberi ex longæua, & immemorabili præſcriptione per patientiam Imperatoris, vel ſpeciale priuilegium
48 † quod poſſint ſucceſſores in Imperio eorum libertatem reuocare, & quod iſta irreuocabilitas, ſiuè potentia reuocandi non poſſit vllo vnquam tempore præſcribi contra ſupremam poteſtatem Imperatoris, vel Regis, quæ abſoluta eſt in terris, docuit paucis verbis authoritate *Bar. Bal. in c. ſicut il ſecondo, nu.* 6. *&* 7. *de iu. iur. & Bar. ipſe in l. hoſtes, poſt nu.* 4. *ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* loquès de Ciuitatibus liberis, dicit, quod populi, qui non obediunt Imperatori, nec ſuis legibus viuunt, & hoc dicunt ſe facere ex priui-
49 legio Imperatoris, † vt Veneti ob id cum libertatē ipſi habere dicāt ab Imperio Romano ex priuilegio, quodāmodo præcario tenent ab eo, & poſſet priuilegium illud reuocare, quādo vellet, cum ei liceat mutare voluntatem ſuam, *l. ſi quis in principio teſtamenti, ff. de legat.* 3.

Sequitur, & latè exornat *dulciſſimus Natta tam in prac.conſ.*5 1 1.*ibi n.*3.*in fi.*4.5.8.1 1. *&* 1 2.non nulla tradit omninò videnda, & in ſpecie colligit ex
50 *Bar.* † quod quicunque tenet aliquid ex priuilegio, videtur illud præcario tenere, & ob id ſi promittat concedens non reuocare, non tenet promiſſio, vt eſt generaliter in quocunque actu ſui natura reuocabili, in quo non poteſt quis ſibi abdicare poteſtatem reuocandi,*ex glo.Io.And.Bar.Ancbar.Io.Monacho,et*
51 *alijs*,& ſubdit,† quod vbicumq; Princeps concedit aliquid priuato ſpectans ad Principis officium titulo lucratiuo,tunc Princeps non ligatur, quia id non tenet,niſi per modum priuilegij quod non ligat concedentem,& ſui natura eſt reuocabile,& iſte eſt caſus, in quo Princeps non ligatur ex ſuo conſenſu, & pôt ius quæſitum alteri ex ſua acceptatione reuocare,
52 nec dicitur tranſire in contractum † niſi adſit pretiũ vel commenſuratio,& quia non dicitur verè contractus niſi is qui eſt vltro, citroq; obligatorius,& quod ob id valeat Princeps tollere præſcriptionem immemorabilem;& quamcumq; conſuetudinem, inferens ex hoc benè conſuluiſſe *Alex.conſ.*1 6.*lib.*5.quod Imperator iuſtè potuit concedere quoddam oppidum Duci Ferrariæ,licet Ciuitas Regij præſcripſiſſet in illo iuriſdictionem à tempore immemorabili, ex quo dat,& aufert iuriſdictionem ad libitum, quod latiùs comprobat *idem Natta conſ.immed.ſeq.*5 1 2.*à nu.*4.
53 *ad* 1 3. † vbi latè de reuocatione iuriſdictionalium, inferens ex his,ad alia, & latius *idem Natta viden-*
54 *dus conſ.*6 3 6,*nu.*5 2. *&* 5 3. † ſicuti etiam conceſſio Regalium poteſt ad libitum Principis reuocari, *c. intellecto,de iu.iuran.Io.de Platea in l.fin.C.de loc.præd. ciuil.lib.*1 0.*Andr.in c.*1. *de his qui feu.da.poſ.nu.*1 0.

55 *Maſtrill.li.3.c.4.nu.305.de magiſtrat.* † præſertim à ſucceſſoribus, in quorum præiudicium minimè alienari poſſunt, *Bal.in tit.de pace conſtan.verbo ſucceſſorũ Fely.in c.1.col.4.et ibidem* Dec.*de prob.*Brun.*conſ.*12.*nu.*25.*Surd.conſ.*210.*nu.*62.*lib.*2. *Affl.in c.*1.*nu.*48. *qui ſucceſſ.teneant.*

Quæ à ſimili comprobantur ex libera, & abſoluta
56 poteſtate, quam Canoniſtæ dicunt habere † Pontificem in beneficialibus, *ex c.2.de preben.in 6.& Clement.*1.*in fi.vt lit.pend.* & ex hoc aſſerunt, nõ requiri cauſam ad reuocandum, ſicut nec ad prouidendum, & maximam Summi Pontificis poteſtatem ampliorẽ faciunt in beneficialibus in dando, & auferendo beneficia, *ſecundum Reb.ff.conſ.*8. ſicut & Ciuiliſtæ augent maximam Principis poteſtatem in iuriſdictionalibus.

Ex quibus colligitur

57 SEcunda principalis Concluſio, † quod conceſſio, ſiuè priuilegium iuriſdictionalium, & regalium poteſt de eadem poteſtate ordinaria per Principem reuocari, etiam quod tranſierit in contractum, prout clariſſimè hanc concluſionem ita reaſſumit, *poſt Bal. & alios Socc.Iun.conſ.*126.*n.*33.*in* 3.relatus à *Pereg.*
58 *d li.* 1.§.*baſtenus, nu.*31. † qui licet ſubjciat aliquas declarationes, nulla tamen ipſarum ad caſum noſtrũ eſt applicabilis, & in iuriſdictione conceſſa loquitur etiam D.Reg.*Tappia in l.fi.c.9.nu.*58.*p.*2.*de Conſtit. Princ.& D.*Reg.*de Ponte in conſ.*15.*n.*6.*lib.*2. *ingenioſiſſimus, & doctiſs.*D.*Caſanate conſ.*43.*n.*43.47. *& ſeqq.* omninò legendus, quia omnia contraria reſoluit magiſtraliter, ex more *Barboſa in l quia tale* 24.*nu.*87.*ff ſol.matr. Maſtrill. lib.*2.*c.*2.*n.*43.*de magiſtr.*Carav.*Mant. de coniect.vlt.volun.lib.*3.*tit.*1. *nu.*32.

*num.32. & D.Rouit.in prag.3. nu.1. de ſodomia, & conſ.22.nu.13. lib.2.*

59 TErtia Concluſio. Princeps, † exiſtente iuſta cauſa, nedùm reuocat ſine dubio quæcumque priuilegia, quæ transfunduntur in contractus mediāte pretio, vel æquiualenti commenſuratione vt ſupra; verùm reuocat contractus ipſos à ſe geſtos, & aufert dominium illorum vigore traslatum, etiam ſi iuramento firmati ſint.

60 Sicuti, & quod plus, † poteſt exiſtente cauſa auferre bona, vel ius tertio, vtcumque quæſita de iure gentium.

61 Vt primum † probant *omnes in c. quæ in Eccleſiarum, de Conſtit. Aret. Felyn. & Dec. in d.c. nouit*, *Pau. in l. digna vox*, qui loquitur tàm in vtili, quàm in directo dominio, *Panorm. Card. Soccin. Raynal. Gozad.* Neuiz. *Crau. Pinel. Moli. & alij relati per Matthienſ. lib.5. tit.10. l.6. glo.1. n.6. in 2. concl. Bal. Card. Felyn. Cæpol. & alij relati per Affl. dec.361. à num.6. ad 11.*

62 † vbi tàm in priuilegio conceſſo non ſubditis, vt sūt clerici, & quocumque alio, quod tranſiuit in contractum, quàm in quolibet iure, ſiuè dominio quæſito ex contractu cum ipſo celebrato, quod poſſit Princeps auferre ex iuſta cauſa, vt pro bono pacis, vel alia cauſa, idem *Affl. in c.1. §. ſimiliter, ex n.25. cum ſeqq. de* Capit. *qui* Cur. *vend.* Hinc Azeued. *lib.5. tit.x. l.3. poſtquam ex nu.2. ad x.* probauit, Principem non poſſe reuocare priuilegium, nec contractum maximè

63 iuratum, † limitat exiſtente iuſta cauſa *poſt Ias. Cæphal. Moli. & alios*, concordat etiam in contractu iurato *Ferdin. Loazes celebri conſ. pro oppido de* Mula *n.140. cum ſeq. Petra de* Poteſt. *Princ. in 2. dubit. principali c.1. n.249. in fi.* Maſtrill. *de magiſtr. lib.1. c.12. nu.20.*

*num.*20. hanc etiam concluſionem pleniſſimè comprobat *doctiſs.D.*Reg.*Tap.in d.l.ſi.c.*9.*p.*2.*nú.*41. *& ſeq.de conſtit.* Princ. optimè inſignis D.*Reg.Valenz. d.conſ.*99.*ex nu.*33.*cum ſeqq.*

64 Sicuti,& cum cauſa,† poteſt tollere dominium,& ius quæſitum,nedùm de iure ciuili, putà per ſententiam,præſcriptionem, vel alium modum inductum à iure ciuili, ſed etiam dominium quæſitum ex con-
65 tractu,vel titulo iuriſgentium;† cùm certũ ſit vtroq; caſu dominium quæſitum eſſe de iure gentium,licet varietur modus acquiſitionis,*Innoc.& reliqui in cap. quæ in Eccleſiarum*, de *Conſt.Ciuiliſtæ in l.quoties, & l.reſcripta*,C.*de pracib.*Imper.*offer. & in l fin.*C.*ſi contra ius,vel vtil.publ.Bal.in l.donationes, quas* Di*uus*,C.*de don.int.vir.& vx.cum infinit.congeſtis per* Mandeſ.*ad Roman.conſ.*352. *in vlt.addit.* Cæph.*d. conſ.*342.*nu.*33.*Matthien.d.lib.*5.*tit.*10.*de don.lib.*6. *glo.*1.*nu.*6.*in.* 3.*concluſ.& n.*8.*verſ.ita etiam, vbi ex* Crau.*conſ.*135.*n.*20.*&* 241.*nu.*12.addit in eo tan-
66 tùm verſari diſcrimen inter hos caſus, † vt minor cauſa ſufficiat ad reuocandum titulum acquiſitionis iuris ciuilis,quàm de iure gentium, ſiquidem in tollendo iure quæſito medio iuris ciuilis,nõ requiritur cauſa reſpiciens publicam vtilitatem principaliter, ſed ſufficit alia cauſa,& ſi pertineat ad priuatam vtilitatem,vt probat *Rimin.Iun.conſ.*102.*n.*30.*in prin.* ſequitur P*etra de poteſt.Princ c.*24.*nu.*94.*in fine.*

67 Et quod poſſit † Princeps auferre rẽ alteri quomodocunque quæſitam etiam ex non ſuo cõtractu, & illius dominium in alium transferre exiſtente iuſta cauſa,ſunt vulgatiſſimi *tex.in l.item ſi verberatũ §.*1. *verſ.item ſi fortè, ff.de rei vendic. in l. Lucius* 9. *ff.de euict.l.*2. *C.ex quib.cauſ. ſeru. pro prem.l.bere,*

acceper. & alios nouum tex. adhoc perpendit Prukmã ſ. 300. à n. 6. cum ſeqq. & Acacius d. li. 3. c. 3. nu. 13. Affl. dec. 361. nu. 4. cum alijs per Borrell. in comp. deciſ. Vniu. tit. 12. n. 20. lo. de Amic. conſ. 12. n. 6.

68 In quo licet † Iaſ. conſ. 10. n. 9. vol. 2. & in l. Princeps. ff. de legib. conatus fuerit attentare, quod illæ leges potius, quod aliquando factum fuerat explicaſſent, quam vt regulam gerendis negotijs præſcriberent, refert Petra d. c. 24. num. 79. in fi. de quo latiùs Frecc. lib. 2. de ſubſeu. tit. quis dicat. Dux, nu. 15. nihilominus conſtat eos loqui contra receptiſſimam traditionem Bar. in proœm. digeſt. n. 5. verſ. ſed tu dic, vbi addit l venditor 14. §. ſi conſtat ff. comm. præd. quam dicit quoad hoc eſſe meliorem de Mundo, & in d. l. item ſi verberatum, §. 1. Iſern. in c. 1. § ſimiliter, n. 17. vbi latè, de Capit. qui Cur. vend. in c. Imper. num. 49.

69 vbi in ſpecie docuit, † poſſe Regem donare Demanium ob publicam vtilitatem, ſicut & res priuatorũ concedere, de probib. alienat. per Frider. in §. moneta, poſt n. 23. & in § plauſtrorum, n. 53. quæ ſint regal. in c. 1. §. poſt natale, n. 26. in fi. de pace ten. Affl. in d. §. ſimiliter ex n. 65. & in Conſt. ea quæ ad decus.

Et ſubſiſtente iuſta cauſa nullam adeſſe dubitatio-
70 nem tàm apud Iuriſconſultos, † quàm apud Sacros Theologos fundat Menoch. conſ. 350. lib. 4. num. 27. quamplurimorum etiam Theologorum authoritatibus, inter quos eſt D. Antonin. p. 2. tit. 10. c. 1. de mendac. §. 4. dicens, fidem decere fallere, vbi ſuperuenit cauſa rationabilis non implendi, hinc etiam Apoſtolus non eſt mentitus non eundo Chorintum, quò ire promiſit propter impedimenta ſuperuenientia.

Hinc non erit à Potentiſſimo noſtro Rege alienũ,
71 † ſuas leges priuilegia, conceſſiones, & conſtitutiones

nes pro temporum qualitate mutare,ac reuocare, propter quod prout conſpicimus, habet tot conſilia regalia, Comitia,quotidiè celebrantur,de quibus de ſtatu omnium Regnorum diligenter ſcrutatur, ſecũdum quod examen ſæpè ſæpiùs antiquæ,& nouæ leges variantur; vndè ipſi nedùm ſapientiſſimum, & laudabile, verùm etiam neceſſariũ eſt in melius mutare propoſitum,*l.non videtur,ff.de collat.bonor*.DD.
72 *in l.non videtur,C.de in integ. reſtit.* † vndè ſi oportet Principem mutare leges pro temporum varietate,quæ nunquam ſine magna deliberatione edũtur, cur non affirmabimus,poſſe priuilegia reuocare, quæ non tanta cum deliberatione conceduntur,vt in terminis docet *Eman*.R*odriq.to.*1.*qq.regular.art.*3.*q.*9 *in princ.*

QVarta ſit Concluſio, Quod licet Princeps auferendo dominium quæſitum tertio ex proprio contractu,vel aliter rem alterius vtcumque quę-
73 ſitam ex iuſta cauſa, † teneatur ad reſtitutionem pretij ſibi ſoluti,vel aliter ad eſcambium, *vt ex d. l. venditor,§.ſi conſtat,ff.cõm.præd.& d.l.*2.*C.ex quib. cauſ.ſeru.cũ alijs ſupra citatis,tradunt Innoc.in c.niſi cum pridem,in fine,de renunc.Iſer.in loc.alleg.*
74 Quod tamen non ſeruari † dixit *gl.in l.ſi lotus* 14. *in fi.ff.quemadm. ſer.amitt.quam ſequuntur Alberic. Caſtr.Capolla relati per Rol.conſ.*69.*n.*14.*li.*2.*Porc. in §.fin.inſt.de vſucap.& refert Pinell.in* 1.*p.rub.C.de reſc.vend.nu.*14.*in fine.*

Nihilominus admiſſa communi ſententia,vt pre-
75 tium ſit reſtituendum; Reſtringitur Primò,quando Princeps læderet ius tertij, vel auferret dominium ex cauſa publicæ neceſſitatis,vel vtilitatis legem cõdendo generalem *Bar.Alex.& alij relati per Affl.in*

*Conſt.Ea,quæ ad decus,n.*13.*affirmat* Dec.*poſt Alex. in plur.conſ.in c.quæ in Eccleſiarum,n.*21.*verſ.ſecundo hoc intelligitur,de Conſt.*Card.*Pariſ.conſ.*1.*nu.*46. *l.*1.*& pro abſoluto probat* Matthienſ. *d. l.*5. *tit.*10. *de donat.l.*6.*gl.*1.*&* 2.*in fi.nu.*20.*& in dialog.relat.p.*4. *c.*12.*n.*3.Dec.*conſ.*520.*n.x. verſ.quia adhoc*, & nouiſſime alijs relatis vti communiorem opinionem ſequutus eſt *Franc. Nigr. Ciriac.to.*1. *controu.iur.controu.*75.*nu.*22.*vbi nu.*23.ſubdit,& fundat,quod dicto caſu creditur Principis aſſertioni, ſe reuocare ex cauſa publicæ vtilitatis; & ideò poſſet Rex noſter ſtante vrgentiſſima neceſſitate per viam legis generalis reuocare omnia demania. De poteſtate enim, & iuſtitia Principis legem condentis,etiam ſi videatur reuocare,& reſtringere quod dedit,dubitandum non eſſe ex *Bar.Afff. & alijs probat* Pinel.*in* 3.*p. l.* 1. *illat.*16.*verſ.de poteſtate,fol.mihi* 322.*in paruis*: & puncto poſt *Ruyn.Gozad.Theſ.& alios*, probat hanc
76 opinionem *Reg.de* Ponte *in repet.lect.*8.*nu.*5.† tunc autem dicitur derogare priuilegijs per viam legis, quãdo generaliter omnibus priuilegijs certum quid continentibus derogat,non autem ſi quibuſdam certi loci,vel certarum perſonarum *Ruy.conſ.*226.*n.*12. *&* 228.*n.*4.*l.* 1.quem ſequitur *Menoch.lib.*6. *c.*40. *nu.*24.*de præſumpt.*

77 Temperatur ſecundò,† vt non teneatur Princeps reſtituere pretium,vel reſtituere iuſtum eſcambium, cum dominium alteri aufert ex iuſta cauſa antequã dominium auferat, & neq; in ipſo ablationis actu, ſed ſufficit pretium reſtituere poſt rem ablatam cum primùm poterit,vt vltra *Luc.de* Penna *in l.vlt.n.*52. *verſ.ſecundò quæritur,*C.*de loc.præd.ciu.lib.*11.quem ſequitur diſputando *Affl.in* S.*ſimiliter n.*22. *de* Ca-

*pitan. qui Cur. vend.* & communiter probari, *dixit D.Reg.Tap.in l.fi.ff.de Conſt.Princ.p.2.c.9.num.*49. eſt ſollemnis doctrina *Iſern.in d.§.moneta, num.*23. vbi dicit (accipiet in caſu neceſſitatis res ſubditorũ, & tunc tenetur ad pretium,ſi tũc haberet, vndè ſolueret,ſi non habet,ſoluet,quando habebit, quia in hoc eſt fauor communis boni, vt differatur ſolutio) ſequitur *Greg.Lop.in l.2.col.pen. in fi.tit.* 1. *p.2.in ver.buen cambio,* vbi dicit, opinionem contrariam
78 locum habere,† cum Princeps haberet illicò, vndè ſolueret,aliàs ſi non haberet,poterit differre ſolutionem,ſequitur *Matthien.d.c.de dona.n.* 13.*in fi.& D.*
79 *Rou.d.conſ.vlt.li.* 1. *n.*8.in caſu fortiori,† quod poſſit capere res ſubditorũ dilata ſolutione pretij,vt ſoluat quando habebit ex *Iſer. loco cit.* & ſic reſolui poſſunt dicta per *Loffr.in d.§.ſimiliter,*& quæ tradit *de Ponte d.lect.*8.*n.*24. qui *de Iſern.*nullam fecerunt mentionem.

QVinta Concluſio. Quidquid DD. noſtri diſputent,& in diuerſas iuerint ſententias dùm quæ-
80 runt,† quæ dicatur iuſta & ſufficiens cauſa,vt Princeps auferat dominium alteri quæſitùm ex proprio, vel alieno contractu,vel ad reſcribendum contra ius tertio quæſitum de iure naturali,vel gentium.

81 Et vtrum † ſtetur aſſertioni ipſius Regis atteſtantis,ſe moueri ex iuſta,vel ſufficienti cauſa, etſi cauſa reſpiciat factum proprium, vel alienum, vel etiam ſi expreſſa non fuerit, ſed veriſimiliter imaginari poſſit ad mat.*clem.*1.*de prob.*in quo DD.mirum in modum varios hac in re fuiſſe colligitur ex relatis per noſtrum Aquilinum *in repe.§.& quid ſi tantùm. l.gallus,in verſ.quid enim,nu.*112.*&* 116.*ff.de liber. & poſthum.*

Attamen duæ in hoc puncto ſubdiuiſo eliciuntur receptiſſimæ concluſiones.

82 Prima,† iuſtam cenſeri omninò cauſam auferendi dominium,& reuocandi priuilegia, & contractus ab ipſomet Principe geſtos,& iuratos, pro ſubſtituendo exercitu, & ſoluendis ſtipendijs militum pro defenſione Regni, Status, & conſeruando honore ipſius Principis,& maximè pro defenſione Fidei, & totius Chriſtianæ religionis,quæ ex conſeruatione Imperij deducitur.

84 Poteſt enim Rex,vt ait † Cyn.*in l.neminem, in fine,C.de ſacroſ.Eccl.* accipere vaſa argentea, cruces, & calices pro ſubſtentatione militum,vt habita pace reſtituat pretium,*Luc.in d.l.fi.n.*25.C.*de locat.præd. ciuil.lib.*12.*Affl.in d.c.* 1. §.*ſimiliter,nu.*21.*de Capit. qui Cur.vend.*latiſſimè *Bouad.li.*2.*c.*18.*n.*297.317.

84 *& ſeqq.in eius Politica*, ſunt enim † introducta bella pro iuſtitia conſequenda de iure gentium,*Caſtr. conſ.*399.*n.*2.*& ſeq.lib.*1. cauſas verò iuſtas ex quibus poteſt Princeps bellum inducere enumerat *Affl. in c.*1,*nu.*12. *hic finitur lex.*

85 Secunda, Credendum eſſe Principi † dùm reſcribendo contra ius tertij,teſtatur ſe moueri ex iuſta, & neceſſaria cauſa cum ſubſcriptione ſui conſilij, & quæſtoris,vt diſcurrit *Iſer.in c.*1 *n.*14.*&* 16.*qui ſuc. ten.il primo,vbi* Lipar.*in addit.lit.I. verſ.ſed nunquid Affl.nu.*68.*& in c.vnico de controu.apud pares term. poſt nu.*13.*& Lipar.lit.*C. *ver.quæſtoris, Gram.latè dec.*65.*ex n.*62.*Affl.n.*62. *verſ.vnum tñ, idem Affl. in c.Imper.q.*24.*n.*65. *in c.*1.*nu.*15. *qui teſt. ſunt neceſſ.in c. ſancimus quo temp.miles, in Conſt. vt vniuerſis,n.*40.*& in c.*1.§.*ſimiliter, nu.*64.*de Capit.qui Cur.vend.* dum ſe remictit ad dicta per eũ poſt *Iſer.*

*de contr.ſeu.apud pares,* D. *meus* Capyc.*in repe.l.Im-*
86 *per.col.6. verſ.eſt tamen differentia, car.5,* † vbi ex hoc monet Secretarios, & Officiales; quod aduertant, quæ ſubſcribunt, quia ſubſcribendo præiudicant partibus.

Vndè cum in caſu præſenti Inuictiſſimus Rex noſter pleniſſimè atteſtatur de maxima, vrgentiſſima, & neceſſaria cauſa, quæ etiam notoria eſt, & omnibus euidentiſſima, & amplius ſe neceſſitate preſſum,
87 vt aliter nullo modo conſuli poſſit, † quod in ſuo caſu deſiderauit *Dom. Capyc. ſæpius citanda dec.*166. *nu.*7.*&* 8. vbi cum de hoc vltimo non conſtaret ex dicto Regis, neceſſarium fuit adhibere oretenus teſtimonium Dom. Regentium, & tamen fuit admiſſa probatio vt legitima, caſus noſter ex his erit extra omnem dubitationem.

88 Nec eſse noſtrum, † nec minus vtriuſque Senatus, à quibus petitur conſultatio, diſcutere de iuſtitia cauſæ, neque an aliter conſuli poſſit; ſed ſufficere Regem pijſſimũ id mandaſſe, & plenè de neceſſitate cauſæ reſpiciente publicam vtilitatem atteſtatum fuiſſe cum conſilio eorum, quorum proprium eſt munus conſulere, quæ ad ſtatus, & bellicas expeditiones
89 pertinent, † etiam, quod concernãt hæc bella extra Regnum, latè probat in proprijs terminis D. *Rouit.d. conſ.vlt.n.*1.*li.*1. *D.Reg.Valenz.d.conſ.*99 *n.*1. *&* D. *Reg.de Pon.in conſ.*15.*ex nu.*12.*ad* 15 *lib.*1. vbi reſpondit pro Ill. Principe Hoſtiliani contra Ciuitates Butonti, & Vigiliarum in caſu excambij Arcis Sablonetæ, in quo facta fuit conſultatio per Regiam Cameram in fauorem Fiſci, & breuiter reſoluit omnia, quæ in contrarium latè ſcripſit Dom. Bammacarius pro Demaniorum irreuocabilitate.

Au·

90 Authoritas enim† ſuſcipiendi bellum eſt in Principe,& credi oportet conſilio Expertorum in arte bellandi,& parendum eſt in his, quæ ab bellum pertinent,& ob id tenentur Barones, & vaſſalli adiuuare Regem bellantem extra Regnum,cum hoc totum ad Regis,& nedùm Regni,ſed totius Monarchiæ, & Chriſtianæ Religionis tutelam pertineat,vt Rex ipſe plenè teſtatur,& de ſe patet *Iſer.in c.1.§.ſed neq; alia*
91 *iuſtior,ex n.41.verſ.ſi habeat*,† vbi ex *Valer. & Seneca* commemorat exempla illorum, qui vt optimi Duces potius decreuerunt inuadere Hoſtes intra ipſorum lares,vt arcerent in curſus à proprijs Regnis, *Quæ ſit prima cau.beneſ.amiſſ.*idem *Iſer.latè in c.1. n.6.7.& 8.Hinc finit.lex*,ſequitur *D.meus Capyc.in repet.l.Imperialem,§.firmiter,col.2.verſ.ſublimita,& Camer.in d.l.car.34.col.3.in fi.verſ.ſed tunc viden-*
93 *tur*; † in Principe enim etſi non appareat, præſumitur iuſta cauſa bellum indicendi *Panorm.in c.1.de tregua,& pace*,cum alijs *à Menoch.de præſumpt.li.6. cap.96.nu.2.& 7.*

Et quando eſſet dubium,an iuſta ſit cauſa bellum indicendi vel nè, ſubditis non licet hoc perquirere,
94 quia talis perquiſitio eſſet ſcrupuloſa, nec tenetur Princeps cauſam animi ſui morus ſubditis patefacere,ſed ſufficit,quod conſilium approbet, alioquin eſſet in poteſtate ſubditorum,an vellent Dominum adiuuare,ſiquidem negando,efficerent rem dubiam, & ſic poſſent ſe excuſare,quod non eſt ferendum, ſufficit enim Principem eſſe Conſiliarium, vt poſt *Iſer.in d.c.1.hinc finitur lex,& Aſfl.ibid.2.not.n.7.& ſeq.*tradit *Iacobin.in ſua inueſt.verſ.& promiſerunt, verſ.quinto quæro*, cum alijs per *Rol.d.conſ.1.nu.91. cum ſeq.*

Solius

95 Solius enim Principis proprium eſt, † vt eius facti ratio,& cauſa iuſta præſumi debeat, & ſi non appareat,& conuenit illud *M. Terentij apud Tac. li.6. annal.* Non eſt noſtrum, inquit, extimare quem ſupra cœteros,& quibus de cauſis extollas: Tibi ſummũ rerum iudicium Dij dedere, nobis obſequij gloria relicta eſt; alia plura etiam expendit *Acac.lib.3.c.9. de priuil.* quem non tranſcribo.

Vndè poterimus concedere facultatem eligendi, quid velint aduerſarij in hoc articulo. Si enim admittemus opinionem affirmatiuam. Quod credatur Principi ſupremo adeſſe iuſtam cauſam, etiam in his,
96 in quibus libere diſponere non poteſt, † dùm tertio præiudicat in quæſitis iure naturali, vel gentium; etiam ſi agatur de graui præiudicio, cuius ſententiæ fuerũt *Cyn. Iac. de Arena,& Bal. in l. reſcripta, n.* 10. *C. de precib. Imp. off. Butrig. in l. fi. C. ſi contra ius, cum alijs per Alex. cons.* 203. *n.* 11. *verſ. & in tali ſupremo*
97 *li.6.& melius cons.* 224. *n.* 8. *eo. lib.* † vbi in ſpecie conſuluit potuiſſe Pontificem reuocare proprium contractum iuratum, in quo promiſerat inter alia Cardinalibus non infeudare Terras Eccleſiæ,& præſumi id factum ex iuſta cauſa, in quo eodem caſu conſuluit latiſſimè *And. Sicul. cons. ſuor. omnium* 1.

Quam pro magis receptam ex DD. dinumeratione
98 † deſcribit *Gabr. de prob. concl.* 2. *nu.* 28. *&* 30. & expreſsè hanc eſſe magis communem,& ita DD. dicere, aſſeuerauit *Iacob. phil. Portius in ſuis concl. lib.* 5. *c.16. verſ. tenendo ſecundam opinionem*, quidquid negatiuè eſſe magis receptam dixerit *Menoch. lib.2. de praeſumpt. c.10. n.* 55. *&* 56. cum tamen contrariam affirmatiuam vti veriorem,& fortè receptiorem ipſe ſequutus fuerit *cons.* 100. *n.* 26. *verſ. reſpondeo, lib.* 1.

Et cum hac affirmatiua conſedit omnibus relatis diſtinguendo dicta DD. *Maſcar.concl.*1233.*nu.*107. & 108. qui ſaltim conceſſit, vt affirmatiua procedat indubitater vbi Rex expreſſit cauſam, vel ſaltim, qđ

99 licet non faciat exactam probationem; † operatur tamen talem præſumptionem, vt transferat onus probandi contrarium *nu.*109. & 110.

100 Et ſi negatiua magis arrideat, † Limitatur Primò, non procedere in diſpoſitione Regis cum conſilio, & ſubſcriptione quæſtoris, iuxta ſingularem doctrinam *Iser.in c.*1. *ſub n.*42. *qua ſit prima cau.beneſ. amiſſ.* & *ex dec.Capy.*166. *n.*7. limitat in ſpecie *Gabr.d.concl.*2.*n.*34.*verſ.tertiò limita,* latiſſimè *Roſ. infrà latius citando conſ.*1.*ex n.*84.*ad* 94.& *n.*194. *lib.*2. Vbi conſuluit in reuocatione priuilegij, quod tranſiuit in contractum præſumi iuſtam cauſam in Principe, ſequitur remiſſiuè *Maſcard. d.concl.*1233. *n.*115. & *D.Reg.de Pon.conſ.*70.*n.*36.*li.*1. hanc etiā limitationem latè fundat *D. Reg. Tap. in l.fin. c.*9. *p.*2.*nu.*47.*de Conſt.Princ.* videndus *Conſ.Paſch.p.*1. *c.*1.*n.*78.*de virib.patr.pot.* & *Nicol.de Paſſerib.in tract.de verb.enunciat.lib.*2.*c.*4.*n.*27.*poſt tract.de ſcript. priuata.*

101 Limitatur ſecundò, † non procedere negatiuam opinionem, vbi Rex teſtatur in ſua diſpoſitione ſe diſponere ex cauſa publicæ vtilitatis, vel neceſſitatis, quia Principi expreſsè atteſtanti ſe reuocare priuilegium, vel etiam contractum ex cauſa communis boni, vel alterius cuiuſcunque publicæ vtilitatis, ſine dubio credendum eſt, nec aliud vlterius inueſtigandum conſuluit *Alex.conſ.*101. *n.*7. & 8. *in* 1. 216.

102 *nu.* 21. *in* 2. † adeout nulla admictatur probatio in cōtrarium *Fulg.conſ.*143.*n.*5. quos refert, & ſequitur

tur *Affl.in d.c.1.n.71.in 2.lim.qui ſucc.ten.* qđ latius confirmat *Rol.d.conſ.1.ex n.190.li.2.D.Reg.Valēz.conſ.4.n.116.& conſ.99.n.1.Farin.q.63.n.82.Mau.Burg.de mod.proced.ex abrupt.q.61.nu.12. Decian.conſ.18.lib.1.nu.274.Ill.Card.Tuſc.concl.924.nu.4. Maſcar. concl.1234.* & nedum ſtatur aſſertioni Prin-
103 cipis,† verum etiam eius Locumtenentis,vt in pũcto conſuluit D.*Camill.de Medic. meus Socer in conſil.60.nu.1.*

104 Tertiò fallit † cum Princeps aliquid narrat tanquam factum notorium, quia nedùm in proprio facto (in quo nos verſamur) ſed etiam in facto alieno Principi aſſerenti aliquid præſertim motu proprio, plena fides adhibetur, cum id aſſerere videatur tanquam legitimè informatus,vt eſt notorium,de quo in caſu præſenti *Alex.Soccy.Crauet.Gram.Rebuff.Pariſ.& alij relati à* Menoch. *d.conſ.100.nu.22.23.24.& 32.lib.1.Affl.in d.c.1.qui ſucceſſ.ten.in verſ. ſextò fallit,num.75.*

Quinimò generaliter credendum eſſe Principi in hac materia,quando cauſam exprimit,vel iuſta cauſa apparet,vel etiam imaginari poteſt,& quod DD. in contrarium incautè citati non loquantur cũ ipſe
105 Princeps cauſam exprimit; † ſed quando cauſa à Principe non allegatur,nec imaginari pốt pleniſſimè probat ex DD.in contrarium citatorum declaratione *Menoch.d.conſ.100.n.26.verſ.reſpondeo primò,* & melius *nu.31.& 32.*& aurea ſunt verba *Bal.in propoſito conſ.328.n.8. verſ.porrò in* Principe,*lib.1.* & in hac opinione ſreſidere videtur *Pereg.poſt* Ruy.*& alios de iure Fiſci lib.1.§.hactenus,n.69.in fine.*

106 Et latiſſimè † hanc opinionem affirmatiuam vti veriorem,& magis communem generaliter ſubſtinet

*Ferdin.Loazes in ſæpius cit. ſing. conſ.in reſponſ.ad 5.*
*& ſextũ fundamentũ part.contr.ex n.* 134. *vbi n.* 142
107 *ex Bald.*probar, † non eſſe à Regibus, qui rationũ
calculis ſuppoſiti non ſunt, exigendam ſcrupuloſam
inquiſitionem, qđ optimè probat *Cæuall.lib.* 1.*pract.*
*qq.com.contr.com.q.*578. *ex n.*25. vbi amplius dicit
108 in puncto, † ſemper eſſe credendũ Regi dicenti eſſe
conſtitutum in neceſſitate ad defendendam Religio-
109 nem Chriſtianam *ex Oldr.Alex.Rol.& alijs,* † & q
tam circa iuſtitiam cauſæ belli indicti, quàm circa
neceſſitatem, qua Princeps præmitur, ſit eidem omni-
nò credendum, remota omni ſubtili inquiſitione, ſi-
cut faciunt quidam Decuriones timoratæ conſcien-
tiæ aliquarum Ciuitatum; quæ à iure improbatur;
*l.doli in fi.ff.de nouat.*vt latius ipſe proſequitur omni-
nò videndus.
110 Et tandem † limitatur opinio negatiua de con-
ſuetudine Regum totius Mundi, vt vbi exprimunt
cauſam eis adeò credatur, vt contrarium probari nõ
poſſit, vt teſtatur *Bal.conſ.*326.*n.*10. *verſ.item omnes*
*Reges mundi, & conſ.*228.*n.*8. quem ſequitur *Aff.in*
*d.c.*1.*qui ſucc.ten.n.*78.*Rol.d.conſ.*1.*n.*193. *Menoc.d.*
*conſ.*100.*nu.*26.*in fi.in princ.Maſcar.d.concl.*1233.
*nu.*119.*& Io.Petr.Fontanel.to.*1.*de pact.nupt.clau.*4.
*gl.x.p.*2.*n.*28.*poſt alios ibid. cit.* & de Conſuetudine
omnium Regum mundi etiam teſtatur *Dom. meus*
*Capy in c.Imperialem, fol.*4.*verſ. adde.*

Ex quibus euidenter patet quam obſcurè, & intri-
catè hanc materiam tractauerit *Petra* ſibi ſæpiùs
de more contradicendo *in d.tract.de pot.Prin.in fin.*
*oper.§.circa ſecundam principalem concluſionem,* præ-
ſertim *dum n.* 53. *&* 54. ex ſuo capite recedere co-
natur à recepta opinione; & diminutè loquutus fuit

*Me-*

*Menoch.d.lib.2.de præſumpt.c.*10.*in fi.* cuius tamen dicta ſupplenda ſunt *ex d.eiuſdem conſ.*100.vbi optimè de more loquitur.

Nec prætermittendum iuſtiſſimam cauſam dici,
111 nedùm quando adeſt bellum in Regno,† verũ etiã ſi adſit extra Regnum, ex traditis per *D.Conſ.Geor.* 1 *lib.*1.*rep.feud.c.vlt.n.*40.*& ſeqq.f.*440. *moder.Montanus in l.Imperial §.firmiter,n.*35.*& ſeq.f.*152.*de prob.feu.alien.per Frid.& de.Ponte d.conſ.*15.*n.ij.li.*2. 1

SExta Concluſio. Regem poſſe bona, & Caſtra ſui demanij alienare, & vaſſallos, ſiuè ſubditos etiam
112 inuitos cum toto Caſtro,ſiuè feudo,†ex diſpoſitione iuris communis alijs inferioribus maximè infeudando ſubijcere.

113 Et fortiùs ex vetuſtiſſima conſuetudine † præſcripta per Inuictiſſimos Reges noſtros in hoc Regno poſſe Caſtra,& Ciuitates quæcunque ad libitum infeudare,etiam ſubditis reluctantibus.

114 Cuius concluſionis,† primum caput probat *Iſer.* 1 *in c.*1.*n.*10.*de his qui ſeu.dare poſſ.in c.*1.*nu.*1.*de natu.feu.in l.Imper.verſ.Nec Dominus,poſt n.*44.*verſ.ex his oritur quæſtio,de prohib.alien.per Frid.* vbi refert, qòd licet Papa Honorius ſuadendo voluerit Regem Siciliæ abſtinere ab alienatione demaniorum nihilominus ex quo in pactis, & conuentionibus Regni inter Romanam Eccleſiam, & Carolum I. hæc non
115 ſunt prohibita videntur conceſſa,† quod addit videri expreſſum,*in Conſt.Regni dignum*,vbi de ſpeciali dono Regum Regni demania conferuntur,ſicut eſt de iure communi *ex vulg. c.intellecto de iureiur.* vbi patet alienationem permitti,niſi grauiter diminueretur,vel læderetur honor,& corona Regis,in quo quidem,*vt Bal.ibi notat,poſt n.*5. *in d.c.intellecto*, nulla

fit

fit mentio de infeudatione, ſed ſolùm de omnimoda
alienatione, per quam omne dominium transfertur
(non enim, vt *Bal.* ſubdit, videtur lege cautum quod
liberi Reges iurent non infeudare, & maximè quando
pacem inuicem faciunt, vel guerram à certo tempo-
116 re inuicem futuram euitant, † propter quod in pi-
gnus pacis fit infeudatio, etiam maximi Comitatus,
vel Ducatus, imò eſt expreſſum, quod fieri poteſt, &
117 ſeruari de iure debet. † Præterea honor Regis au-
getur per dignitatem ſubditorum, & fit Status Regis
magis potens, honorabilis, & magis timendus, imò ex
antecedenti poteſt contingere, quod eodem die im-
perium Regis ſurgat à mortuis, præſupponendo, qđ
debet præſupponi, ſcilicet conſeruatiua fidei hinc, &
inde) Ex quibus verbis *Baldi* clarè patet, etiam pō-
derando dictionem, ***maximè***, quod ſemper infeuda-
tio permictitur, quia per eam nec Status, nec Coro-
na læditur.

118 Et ſic quod diſtinctio *tex. in d. c. intellecto*, vt Im-
perator, & Rex ità demũm poſſint alienare demania-
lia, vel regalia, ſi alienatio non tendat in grauē Im-
perij, vel Status læſionem, & diminutionem Regiæ
dignitatis, procedat tantum in totali alienatione, vbi
dominium directum, & vtile, omneq; ius à Rege cō-
cedente abdicaretur, non autem in infeudatione, quę
velut, vt plurimum vtilis generalitér eſt permiſſa vo-
luerunt, *Inn. in c. grandi, n. 1. in fi. de ſuppl. neglig. præl.*
*Bal. in l. 1. C. vndè cognati, & in prælud. feu. col. 13.* vbi
*Præpoſ. col. 3. Panor. in conſ. 3. q. 35. n. 12. vol. 2. Ang. in*
*l. contra iuris, ff. de pact. Caſtr. conſ. 74. quia fruſtrà*
*nu. 7. verſ. & finaliter, lib. 1. Alex. conſ. 1. nu. 5. vol. 5;*
quos refert, & ſequitur *Affl. in prælud. Conſtit. Regni,*
*q. 24. poſt nu. 6.*

19 In quo pulchra ſunt verba † *Oldradi* loquentis de Principatu Achaiæ conceſſo per Regem Carolum II. Principi Tarẽtino *conſ.* 159.*poſt n.* 11. (circa quod etiam attendatur, quod infeudatio facta per Principem non videtur eſſe talis alienatio, quæ ſub permiſſione non cadat, quia nec alienatio ſimplex eſt, ſicut dicitur de manumictente ſeruum, quia non videtur totaliter deſijſſe eſſe manumictentis, qui de ſeruo factus eſt liber, ff. *de hared. inſt. l. talem*) refert, & ſequitur *Crau. conſ.* 54.*n.* 2. vbi probat poteſtatem magni Principis circa infeudationẽ conſiſtere in demania-
120 libus nunquam infeudatis, † ſiquidem quòad ſolita infeudari nullum eſt dubium, ſiquidem videmus magnos Principes infeudare Ducatus, & Marchionatus, vndè iura, & DD. loquentes de ipſorum poteſtate intelligẽdi ſunt de demanialibus nõ ſolitis infeudari.

Nec etiam omnis totalis alienatio eſt interdicta,
121 † niſi illa, per quam grauiter læderetur honor, & Status Imperij, vel regalis dignitas, nàm propriũ eſt Regum donare, *c.* 1. *de donatio.* vt in ſpecie declarat *Panor. in d. c. intellecto, n.* 7. *poſt* Innoc. *ibi, Innoc. & Io. Andr. in d. c. grandi,* Bar. *in l. prohibere, § planè, ff. quod vi, aut clam, per tex. in c. Abbate, ſanè, de re iud. in 6. cum infin. concord. per Garz. Maſtril. de magiſtr. to.* 1. *cap.* 12. *in princ. & per totum.*
122 Dicitur † autem alienatio in præiudicium, vel diminutionem Status Imperij, vel Regiæ dignitatis, qñ Imperator alienaret quotam Imperij, puta tertiam, vel dimidiam, ſecus verò quando donat, etiam ſi liberè concedat aliquas res, loca, vel Caſtra Imperij, vel Regni, *Bal. in l. ſi certarum, in fi. verſ. vltimo quia, ff. de mil. teſtam.* vbi facit differentiam inter quotam, & res certas, ſiuè particulares, & indè infert (quod li-

cet Imperator non poſſit donare quotam partem Imperij, poteſt tamen donare certas Ciuitates sm̃ DD.
123 *Hac Bal.*) † addit *Ang.* quod poſſit donare vnam Ciuitatem, vel plures, quod dicit eſſe verum cõmunicando ceſſionario Imperium, nàm ipſe conſtituit Reges, Principes, & Duces, non autẽ poteſt abdicando à ſe iuriſdictionem omninò, Hęc ille, vel ſi alienaret claues Imperij, quæ tenetur conſeruare ſucceſſori, alioquin diceretur proditor, vel ſi viſcera Imperij exuiſceraret, quia diceretur homicida propriæ dignitatis, ſed res, & Caſtra particularia benè donare poteſt, *Bal. in c. licet cauſam, n. 6. de probatio. & in c. fi. in*
124 *de re iud.* † Ea enim dicitur alienatio prohibita, cũ eo modo plura Caſtra, & Ciuitates alienant, expropriando, & pęnitus abdicando omne dominium, iuriſdictionem, & dignitatem, tunc diceretur deformare principatum iuxta *d. c. intellecto*, ibi, (in præiudicium Regni ſui, & cõtra Regis honorem) & paulò poſt, ibi: (quia in ſua coronatione iurauerat) iura Regni ſui, &
125 honorem Coronæ illibata ſeruare) † ſecus verò ſi alienat retinendo directum dominium, vel ſaltim ſuperioritatem, docet *Bal.* diſtinguendo magiſtraliter *in prælud. feud. nu.* 32. & ſequuntur alijs relatis *Alex. conſ.* 1. *nu.* 19. *lib.* 5. loquens de conceſſione facta per
126 Ducem Regij, *vbi n.* 20. *ex eod. Bal.* probat, † Regẽ poſſe aliquam partem iuriſdictionis ſui Regni alteri quòad vtile ius in feudum concedere, vbi *Moder. Pariſ. in add. lit. E. ver. modicum*, allegat ad idem *Iſern. Imol. Mart. Laud. Iacob. Socci.* Bertran. *Præpoſ.* & alias *ſe idem dixiſſe in Conſuet. Pariſ. & idem Alex. cõſ.* 24. *n.* 22. *li.* 5. quem latiùs refert, & ſequitur *Iaſ. omninò*
127 *videndus conſ. x. ex n. 4. lib.* 3. qui conſuluit, † conceſſionem plurium Caſtrorum, & locorum cum iuriſdi-

riſdictione factam per Marchionem Mantuæ non fuiſſe in magnum præiudicium Status Marchionalis; ſequitur *Natta conſ.636. vbi ex Oldrado, Alb.Bald.* & alijs probat, omni iure etiam permiſſam alienationem plurium Ciuitatum, & relato *Io.de Anan.conſ.*81 qui conſuluit valere donationem Ciuitatis Aſtenſis
128 factæ per Ducem Mediolani, infert; † quod ſi id potuit Dux prædictus, veluti Imperij Vicarius, multò fortiùs Imperator ipſe; cui addi poterit; quod ſi id poteſt Imperator, multò fortiùs id poterunt Reges, qui pleniorem habent poteſtatem in infeudando ipſo Imperatore, & liberius infeudant, cum plus iuris habeant in ſuis Regnis, quam Imperator in Imperio, &
129 maximè in Rege noſtro, † qui eſt Monarca, & dicitur in Regno ſuo tanquàm corporalis Deus, vt ex *Iſer.Bal.Aluar. & alijs probat D.Capyc. in inueſtitu.*
130 *ver.feudum dant, verſ. Reges etiam, car.*151.† & ita intelligenda ſunt dicta per eundem *D.Capy.in d.ver. feudum dant* 24.*concl.verſ.& dicit And.* Quæ omnia latiſſimè, & cum iudicio, vt ſolet, comprobat *Menocb. de arbit.lib.*2. *cent.*6.*caſu* 559. vbi dinumerando caſus, & DD. loquentes de ænormi lęſione, quę inſurgit
131 ex magna alienatione, † excludit omninò caſum, vbi magnus Rex infeudat plures Ciuitates, & Caſtra, & ob id dixit *Menocb.n.*5.*Neuiz.conſ.*12.*nu.*66. ſaluari poſſe ex eo ſolum, quod loquutus fuerit de Rege Galliarum, qui vt Comes Aſtenſis donare non potuerit plura Caſtra d. magni Comitatus.

132 Ex quibus concluditur, † quod tunc tantum dici poterit Imperium, Regnum, vel Prouincia lędi, & habere locum diſpoſ.*c.intellecto,* cum ita Caſtrum, vel Ciuitas alienatur, vt nedùm nullum dominium directum, nec vtile, ſed nulla iuriſdictio, nullaque ſupe-

rioritas,nec alius ius reſeruatur alienāti,ſecus vbi aliquid reſeruatur,vt fit in infeudationibus *vt* 22.*DD. cumulat* Menocb.*conſ.*961.*ex n.*21.*lib.*x.*&* 54.DD: *deſcribit idem Menocb.in conſ.*M 111.*n.*18.*verſ.*8.*& vltimo iunćto n.*59.*verſ.tertius eſt caſus,lib.* 11. poſt relatos *per Vaſq.lib.*1.*contr.ill.c.*4. *ex nu.* 1. vbi fatetur communem.

Vel vbi Caſtrum, vel Ciuitas eſſent in limitibus
133 Imperij,vel ita muniti, vt ex eorum alienatione magnum detrimentum eucnire poſſet ipſi Regno, ob dubium nè ab ipſo Principe donatore deficeret, arg. *l.*1.*vbi gl.C.de fund.lim.& lim.lib.*11. *& ex Neuiz. & Grato, probat idem* Menocb.*d.conſ.*M 111. *nu.*58. *verſ.ſecundus eſt caſus*,quæ loca,& Ciuitates Caſtris
134 munitas, & limitaneas; ✝ quinimò, & plures alias Rex noſter prudentiſſimus expreſsè excipi mandauit ſuis in literis in præſenti caſu,in quo, & alia quoque Ciuitates,& Oppida excipit alijs iuſtis de cauſis.

135 Quinimò Rex,etiam valdè prætioſa Regni,✝ putà aliquam magnam Ciuitatem, ſiuè inſignē in feudum concedere poteſt, dummodò id faciat cum cōſilio,*vt ex Card.*Ias. *Corseto, & alijs probat Petr.de Greg.de conceſſ.feu.p.*1.*q.*5.*nu.x.vers.secundò limito, vbi Maſtrill.in add.addit* Bal. Aluar.Fœlyn.Gram.*&* Rolan.exemplo Pontificis,quem decet ardua expedire cum conſenſu Cardinalium.

Et licet Rex faceret multas, & diuerſas donationes,quæ ſimul vnitæ videri poſſunt exceſſiuè,non ta-
136 men reuocantur,✝ niſi ille,quæ verè fuerint exceſſiuè,vt ex *Luca* firmat *Aſſl.in prælud.d.q.*24.*n.*6.
137 Qui hoc amplius declarat,✝ & limitat, non procedere,in conceſſionibus factis in feudum,quia tunc non poſſunt dici exceſſiuè,& ſic ceſſat reuocatio, vt

rećtè

rectè legenti *Affl.patebit d.num.6. verſ. Et nunc dico vnum quod non dixi.*

Quinimò idem *Affl.in l.Imper.§.præterea Ducatus*
138 *in 3.notab.n.49.verſ.benè ſuper hoc*, dixit, † quod etiam ſi plures alienationes,ſiuè donationes ſint factæ diuerſis tēporibus,quæ videri poſſunt exceſſiuè, tamen non fit coaceruatio,& ſic nulla ipſarum reuocatur,allegans *glo.&* DD.*in c.1.de don.& Imola ibi*, dicentem,quod hæc eſt magis communis opinio, & ita ſunt declaranda dicta per eundem *Affl. in rubr. quæ ſunt regal.in princ.ex nu.61.verſ.nunc venio ad quintam,& præcipuè n.65.* vbi loquens in alienatione regalium,ponderando dicta *Lucæ de Penna*, dicit
139 ipſum non diſſidere ab *Iſer.* † & loquitur expreſsè de pluribus donationibus ſimul iunctis, vt expreſsè poſt *nu.65.*ibi (ſicut dicimus, quod plures donationes ſimul iunctæ inofficioſè reuocantur, *l. 1. & 2. C.de inoff.don.*& loquitur etiam de alienatione regalium per viam donationis ſimplicis, non autem de infeudatione,vt clarè patet ex conteſtu; Cuius opi-
140 nio, † vt validæ ſint cenſendæ huiuſmodi alienationes,& donationes, nec talem coaceruationem ad ipſas infringendas eſſe admittēdam, ex eo quod futuræ ſint in detrimentum Coronæ,cum triſtes euentus minimè habendi ſint in conſideratione, & multo minus in Principibus,à quibus potius ſperandum eſt augmentum Status,quam diminutio ex *Diuo Auguſtino*,& alijs latè firmat A*mad.de Pon.d.tit.de his qui feu.da.poſſ.ex n.67.in verſ.ſed hæc opinio*,vbi ità dicit eſſe intelligenda dicta *glo. & Iſer.in Conſt. dignum*, & dicta per A*ffl. in loc.præd.*

141 Ex quibus patet, † non eſſe admittendam reſtrictionem eorum,qui contra receptam,& communem

diſtinctionem ſine fundamento auſi ſunt reſtringere, atq; arctare poteſtatem Principis, etiam circa infeudationem omni iure permiſſam.

Vt ſcilicet nec infeudare valeat Princeps paſſim modò vnam, modò alteram Ciuitatem, nè ex ſucceſſiuis infeudationibus daretur proceſſus in infinitum, ex quo Regnum exinanirent, vel in totum annihilarent, ſeù deſtruerent, cuius opinio Auctor affertur *Martin.Laud.in c.* 1.*n.*25. *de his qui feu.da poſſ.* prout ipſum refert *Iaſ.in prælud.n.*77.*&* *Iaſ.* ſolius authoritate ſubnixus ſequi videtur *D.Capyc. in d.ver. feudum dant, concl.*24.*verſ.ſecunda declaratio, Iacob. ver.in feudum, n.* 2.*in fi.Pet.Greg.d.p.*1.*q.*5.*iu* 1,*lim. nu.*10.|& refert ſimpliciter *Intrigl.p.*1.*q.*53.*nu.*191.

142 Siquidem falſum eſt fundamentum, † quod ex infeudationibus retento directo dominio, & iuribus dominicalibus, vel etiam ſaluis iuriſdictionis reſerua-
143 tione facta læſio nulla contingere poſſit, † etiam ſi plures Ciuitates infeudentur, vt ex *Oldr.Ang.Dec.in plur.conſ.Socci.Iun.Alber.* & alijs probat *Crau.conſ.* 999.*n.*1.*in fi.verſ.quin etiam ſi Ciuitatis*, vbi amplius
144 ſubdit, † quod tunc tantum dicitur magna læſio, cum ſeruituti, aut poteſtati alienæ Regnum ſubijcitur, vt in caſu *Oldr. conſ.*231. *in fine*, vel cum Regni Monarchia, aut ipſius Coronæ honor diminuitur, iuxta exempla *Bald.conſ.*171.*lib.*1. *& Socc.Iun.conſil.*60.*nu.*53.*lib.*3.

145 Nec *Mart. Laud.* dictum obſtat, *& Iaſ. in* DD. *prælud.n.*77.*verſ.limitat tamen not.Mart.* poſtquam allegauit generalia ſcilicet not. *in cap.grandi*, *& in cap.intellecto*, remictit ſe ad infra dicenda, *vbi nu.*78. *verſ.*5.(Et ſic ſubtiliter aduertis) ſubjcit quod dicta limitatio procedit iuxta opinio eorum, qui ad cognoſcen-

121

ſcendum an ſit magna, vel parua læſio non faciunt differentiam, an Princeps abdicet à ſe omne dominiũ cum iuriſdictione, & dignitate, an verò retineat ſaltim directum dominium, vel ſuperioritatem, ſed ſolũ iuxtà opin. eorum, qui hoc ſolum agerunt, an donatio, vel alienatio cedat in magnam diminutionem
146 Regni, an verò in non magnam, † Vndè cùm prædicta opinio ſit magis communiter recepta, vt omninò in materia *d.c.intellecto, & c.grandi*, ſit diſtinguẽdum, an alienatio fiat in totum, vel directo dominio, aut ſuperioritate retenta, vt ſupra conſequens eſt, vt limitatio prædicta *Mart.Laud.* quæ dumtaxat locũ habet data pro vera opinione, reprobata magis cõmuni ſit quoq; falſa, & contra communem, & ſic cũ eo corrunt dicta per *D.Capyc.& alios*.

147 Et quoniam, † quænam dicatur magna alienatio, vel parua, ex qua inſurgat læſio Status, aut Coronæ, eſt inueſtigandum ex qualitate perſonæ dantis, accipientis, ex re ipſa conceſſa, & ex cauſa, *vt ex Luca in l.contra publicam, C.de re milit. lib.12. tradit Aſſl. in d.rub.quæ ſint regal.nu.64.& 71.in fine*, vbi dicit *Lucam* in hac quæſtione prolixo ſermone, tandem concludere, reſpondendum eſſe iuxta perſonarum, & cauſarum qualitates, *arg.l.in fundo, ff.de rei vend. & c.& ſi quæſtiones, de ſymon. Dec.infra allegando conſ. 288.incip.nõ eſt paruus ponderis, n.2.verſ.accedit, iun-*
148 *cto verſ.vltimò non obſtat, in fine d.conſ.* † vbi loquitur de legato facto per Regem Catholicum Reginæ Ioannæ ſorori relictæ Regis Ferdinãdi de bonis, & feudis, quæ tenebat in hoc noſtro Regno Neapolitano.

149 Nemo aſſeuerare poterit, † immoderatam eſſe alienationem, quam Rex noſter, tàm maximus Mo-

Et cum hac affirmatiua conſedit omnibus relatis diſtinguendo dicta DD. *Maſcar.concl.*1233.*nu.*107. & 108. qui ſaltim conceſſit, vt affirmatiua procedat indubitàter vbi Rex expreſſit cauſam, vel ſaltim, qđ
99 licet non faciat exactam probationem; † operatur tameņ talem præſumptionem, vt transferat onus probandi contrarium *nu.*109.& 110.

100 Et ſi negatiua magis arrideat, † Limitatur Primò, non procedere in diſpoſitione Regis cum conſilio, & ſubſcriptione quæſtoris, iuxta ſingularem doctrinam *Iser.in c.*1.*sub n.*42.*quæ ſit prima cau.beneſ. amiſſ.* & *ex dec.*Capy.166.*n.*7. limitat in ſpecie *Gabr.d.concl.*2.*n.*34.*verſ.tertiò limita*, latiſſimè *Rol. infrà latius citando conſ.*1.*ex n.*84.*ad* 94.& *n.*194. *lib.*2. Vbi conſuluit in reuocatione priuilegij, quod tranſiuit in contractum præſumi iuſtam cauſam in Principe, ſequitur remiſſiuè *Maſcard. d.concl.*1233. *n.*115.& *D.Reg.de Pon.conſ.*70.*n.*36.*li.*1. hanc etiã limitationem latè fundat *D. Reg.* Tap. *in l.fin. c.*9. *p.*2.*nu.*47.*de Conſt.Princ.* videndus *Conſ.Paſch.p.*1. *c.*1.*n.*78.*de virib.patr.pot.* & *Nicol.de Paſſerib.in tract.de verb.enunciat.lib.*2.*c.*4.*n.*27.*poſt tract.de ſcript.priuata.*

101 Limitatur ſecundò, † non procedere negatiuam opinionem, vbi Rex teſtatur in ſua diſpoſitione ſe diſponere ex cauſa publicæ vtilitatis, vel neceſſitatis, quia Principi expreſsè atteſtanti ſe reuocare priuilegium, vel etiam contractum ex cauſa communis boni, vel alterius cuiuſcunque publicæ vtilitatis, ſine dubio credendum eſt, nec aliud vlterius inueſtigandum conſuluit *Alex.conſ.*101. *n.*7. & 8. *in* 1. 216.
102 *nu.* 21. *in* 2. † adeout nulla admictatur probatio in cõtrarium *Fulg.conſ.*143.*n.*5. quos refert, & ſequitur

tur *Afſl.in d.c.1.n.71.in 2.lim.qui ſucc. ten.* qđ latius confirmat *Rol.d.conſ.1.ex n.190.li.2.D.Reg.Valēz. conſ.4.n.116.& conſ.99.n.1.Farin.q.63.n.82.Mau. Burg.de mod.proced.ex abrupt.q.61.nu.12. Decian. conſ.18.lib.1.nu.274.Ill.Card.Tuſc.concl.924.nu.4. Maſcar. concl.1234.* & nedum ſtatur aſſertioni Prin-
103 cipis,† verum etiam eius Locumtenentis,vt in pū-
cto conſuluit D.*Camill.de Medic. meus Socer in conſil.60.nu.1.*

104 Tertiò fallit † cum Princeps aliquid narrat tanquam factum notorium, quia nedùm in proprio facto (in quo nos verſamur) ſed etiam in facto alieno Principi aſſerenti aliquid præſertim motu proprio, plena fides adhibetur, cum id aſſerere videatur tanquam legitimè informatus,vt eſt notorium,de quo in caſu præſenti *Alex.Soccy.Crauet.Gram.Rebuff.Pariſ.& alij relati à Menoch. d.conſ.100.nu.22.23.24. & 32.lib.1. Afſl.in d.c.1.qui ſucceſſ.ten.in verſ. ſextò fallit,num.75.*

Quinimò generaliter credendum eſſe Principi in hac materia,quando cauſam exprimit,vel iuſta cauſa apparet,vel etiam imaginari poteſt,& quod DD. in contrarium incautè citati non loquantur cū ipſe
105 Princeps cauſam exprimit; † ſed quando cauſa à Principe non allegatur,nec imaginari pōt pleniſſimè probat ex DD.in contrarium citatorum declaratione *Menoch.d.conſ.100.n.26.verſ.reſpondeo primo,* & melius *nu.31.& 32.*& aurea ſunt verba *Bal.in propoſito conſ.328.n.8. verſ.porrò in Principe,lib.1.* & in hac opinione reſidere videtur *Pereg.poſt* Ruy.*& alios de iure Fiſci lib.1.§.hactenus,n.69.in fine.*

106 Et latiſſimè † hanc opinionem affirmatiuam vti veriorem,& magis communem generaliter ſubſtinet

*Ferdin. Loazes in ſæpius cit. ſing. conſ. in reſponſ. ad 5. & ſextũ fundamentũ part. contr. ex n. 134. vbi n. 142*
107 *ex Bald.* probat, † non eſſe à Regibus, qui rationũ calculis ſuppoſiti non ſunt, exigendam ſcrupuloſam inquiſitionem, qđ optimè probat *Cæuall. lib. 1. pract. qq. com. contr. com. q. 578. ex n. 25.* vbi amplius dicit
108 in puncto, † ſemper eſſe credendũ Regi dicenti eſſe conſtitutum in neceſſitate ad defendendam Religio-
109 nem Chriſtianam *ex Oldr. Alex. Rol. & alijs*; † & q tàm circa iuſtitiam cauſæ belli indicti, quàm circa neceſſitatem, qua Princeps præmitur, ſit eidem omninò credendum, remota omni ſubtili inquiſitione, ſicut faciunt quidam Decuriones timoratæ conſcientiæ aliquarum Ciuitatum; quæ à iure improbatur; *l. doli, in fi. ff. de nouat.* vt latius ipſe proſequitur omninò videndus.
110 Et tandem † limitatur opinio negatiua de conſuetudine Regum totius Mundi, vt vbi exprimunt cauſam eis adeò credatur, vt contrarium probari nõ poſſit, vt teſtatur *Bal. conſ. 326. n. 10. verſ. item omnes Reges mundi, & conſ. 228. n. 8.* quem ſequitur *Aſſl. in d. c. 1. qui ſucc. ten. n. 78. Rol. d. conſ. 1. n. 193. Menoc. d. conſ. 100. nu. 26. in fi. in princ. Maſcar. d. concl. 1233. nu. 119. & Io. Petr. Fontanel. to. 1. de pact. nupt. clau. 4. gl. x. p. 2. n. 28. poſt alios ibid. cit.* & de Conſuetudine omnium Regum mundi etiam teſtatur *Dom. meus Capy in c. Imperialem, fol. 4. verſ. adde.*

Ex quibus euidenter patet quàm obſcurè, & intricatè hanc materiam tractauerit *Petra* ſibi ſæpiùs de more contradicendo *in d. tract. de pot. Prin. in fin. oper. §. circa ſecundam principalem concluſionem*, præſertim *dum n. 53. & 54.* ex ſuo capite recedere conatur à recepta opinione; & diminutè loquutus fuit

*Me-*

*Menoch.d.lib.2.de præſumpt.c.*10.*in fi.* cuius tamen dicta ſupplenda ſunt *ex d.eiuſdem conſ.*100.vbi optimè de more loquitur.

Nec prætermictendum iuſtiſſimam cauſam dici,
111 nedùm quando adeſt bellum in Regno,† verũ etiã ſi adſit extra Regnum, ex traditis per *D.Conſ.Geor.* 1
*lib.*1.*rep.feud c.vlt.n.*40.*& ſeqq.f.*440. *moder.Montanus in l.Imperial* §.*firmiter,n.*35.*& ſeq.f.*152.*de prob feu.alien.per Frid.& de.*Ponte *d.conſ.*15.*n.ij.li.*2. 1

SExta Concluſio. Regem poſſe bona, & Caſtra ſui demanij alienare, & vaſſallos, ſiuè ſubditos etiam
112 inuitos cum toto Caſtro,ſiuè feudo,†ex diſpoſitione iuris communis alijs inferioribus maximè infeudando ſubijcere.

113 Et fortiùs ex vetuſtiſſima conſuetudine † præſcripta per Inuictiſſimos Reges noſtros in hoc Regno poſſe Caſtra,& Ciuitates quæcunque ad libitum infeudare,etiam ſubditis reluctantibus.

114 Cuius concluſionis,† primum caput probat *Iſer.* 1
*in c.*1.*n.*10.*de his qui feu.dare poſſ.in c.*1.*nu.*1.*de natu. feu.in l.Imper.verſ.Nec Dominus,poſt n.*44.*verſ.ex his oritur quæſtio,de prohib.alien.per Frid.* vbi refert, qòd licet Papa Honorius ſuadendo voluerit Regem Siciliæ abſtinere ab alienatione demaniorum nihilominus ex quo in pactis, & conuentionibus Regni inter Romanam Eccleſiam, & Carolum I. hæc non
115 ſunt prohibita videntur conceſſa,† quod addit videri expreſſum,*in Conſt.Regni dignum,*vbi de ſpeciali dono Regum Regni demania conferuntur,ſicut eſt de iure communi *ex vulg. c.intellecto de iureiur.* vbi patet alienationem permicti,niſi grauiter diminueretur,vel læderetur honor,& corona Regis,in quo quidem,*vt Bal.ibi notat,poſt n.*5. *in d.c.intellectu*; nulla

fit

fit mentio de infeudatione, ſed ſolùm de omnimoda alienatione, per quam omne dominium transfertur (non enim,vt *Bal.*ſubdit, videtur lege cautum quod liberi Reges iurent non infeudare,& maximè quando pacem inuicem faciunt, vel guerram à certo tempo-
116 re inuicem futuram euitant,† propter quod in pignus pacis fit infeudatio, etiam maximi Comitatus, vel Ducatus,imò eſt expreſſum, quod fieri poteſt, &
117 ſeruari de iure debet. † Præterea honor Regis augetur per dignitatem ſubditorum,& fit Status Regis magis potens,honorabilis,& magis timendus,imò ex antecedenti poteſt contingere, quod eodem die imperium Regis ſurgat à mortuis, præſupponendo, qđ debet præſupponi,ſcilicet conſeruatiua fidei hinc, & inde). Ex quibus verbis *Baldi* clarè patet, etiam pōderando dictionem, ***maximè***, quod ſemper infeudatio permictitur, quia per eam nec Status, nec Corona læditur.

118 Et ſic quod diſtinctio *tex.in d.c.intellecto*, vt Imperator,& Rex ità demùm poſſint alienare demania-lia,vel regalia, ſi alienatio non tendat in grauē Imperij, vel Status læſionem, & diminutionem Regiæ dignitatis,procedat tantum in totali alienatione,vbi dominium directum,& vtile, omneq; ius à Rege cō-cedente abdicaretur,non autem in infeudatione,quę velut,vt plurimum vtilis generalitér eſt permiſſa voluerunt, *Inn.in c.grandi,n.1.in fi.de ſuppl.neglig.pral. Bal.in l.1.C.vndè cognati,& in praelud.feu.col.*13.vbi *Prapoſ.col.3.Panor.in conſ.3.q.35.n.12.vol.2.Ang.in l.contra iuris, ff.de pact. Caſtr.conſ.74. quia fruſtrà nu.7.verſ.& finaliter, lib.1.Alex.conſ.1.nu.5.vol.5*; quos refert,& ſequitur *Affl.in praelud.Conſtit.Regni, q.24. poſt nu.6.*

119 In quo pulchra ſunt verba † *Oldradi* loquentis de Principatu Achaiæ conceſſo per Regem Carolum II. Principi Tarẽtino *conſ.* 159. *poſt n.* 11. (circa quod etiam attendatur, quod infeudatio facta per Principem non videtur eſſe talis alienatio, quæ ſub permiſſione non cadat, quia nec alienatio ſimplex eſt, ſicut dicitur de manumictente ſeruum, quia non videtur totaliter deſijſſe eſſe manumictentis, qui de ſeruo factus eſt liber, ff. *de hæred. inſt. l. talem*) refert, & ſequitur *Crau. conſ.* 54. *n.* 2. vbi probat poteſtatem magni Principis circa infeudationẽ conſiſtere in demania-
120 libus nunquam infeudatis, † ſiquidem quòad ſolita infeudari nullum eſt dubium, ſiquidem videmus magnos Principes infeudare Ducatus, & Marchionatus, vndè iura, & DD. loquentes de ipſorum poteſtate intelligẽdi ſunt de demanialibus nõ ſolitis infeudari.

Nec etiam omnis totalis alienatio eſt interdicta,
121 † niſi illa, per quam grauiter læderetur honor, & Status Imperij, vel regalis dignitas, nàm propriũ eſt Regum donare, *c.* 1. *de donatio.* vt in ſpecie declarat *Panor. in d. c. intellecto, n.* 7. *poſt* Innoc. *ibi, Innoc. & Io. Andr. in d. c. grandi*, Bar. *in l. prohibere*, § *planè, ff. quod vi, aut clam, per tex. in c. Abbate, ſanè, de re iud. in* 6. *cum inſin. concord. per Garz. Maſtril. de magiſtr. to.* 1. *cap.* 12. *in princ. & per totum.*
122 Dicitur † autem alienatio in præiudicium, vel diminutionem Status Imperij, vel Regiæ dignitatis, qñ Imperator alienaret quotam Imperij, puta tertiam, vel dimidiam, ſecus verò quando donat, etiam ſi liberè concedat aliquas res, loca, vel Caſtra Imperij, vel Regni, *Bal. in l. ſi certarum, in fi. verſ. vltimo quia, ff. de mil. teſtam.* vbi facit differentiam inter quotam, & res certas, ſiuè particulares, & indè infert (quod licet

riſdictione factam per Marchionem Mantuæ non fuiſſe in magnum præiudicium Status Marchionalis, ſequitur *Natta conſ.63 6. vbi ex Oldrado, Alb.Bald.* & alijs probat, omni iure etiam permiſſam alienationem plurium Ciuitatum, & relato *Io.de Anan.conſ.81* qui conſuluit valere donationem Ciuitatis Aſtenſis
128 factæ per Ducem Mediolani, infert, † quod ſi id potuit Dux prædictus, veluti Imperij Vicarius, multò fortiùs Imperator ipſe; cui addi poterit, quod ſi id poteſt Imperator, multò fortiùs id poterunt Reges, qui pleniorem habent poteſtatem in infeudando ipſo Imperatore, & liberius infeudant, cum plus iuris habeant in ſuis Regnis, quam Imperator in Imperio, &
129 maximè in Rege noſtro, † qui eſt Monarca, & dicitur in Regno ſuo tanquàm corporalis Deus, vt ex *Iſer. Bal. Aluar. & alijs probat D.Capyc. in inueſtitu.*
130 *ver.feudum dant, verſ. Reges etiam, car.*151. † & ità intelligenda ſunt dicta per eundem *D.Capy.in d.ver. feudum dant* 24.*concl.verſ.& dicit And.* Quæ omnia latiſſimè, & cum iudicio, vt ſolet, comprobat *Menocb. de arbit.lib.*2. *cent.6.caſu* 559. vbi dinumerando caſus, & DD. loquentes de ænormi læſione, quæ inſurgit
131 ex magna alienatione, † excludit omninò caſum, vbi magnus Rex infeudat plures Ciuitates, & Caſtra, & ob id dixit *Menocb.n.*5.*Neuiz.conſ.*12.*nu.*66. ſaluari poſſe ex eo ſolum, quod loquutus fuerit de Rege Galliarum, qui vt Comes Aſtenſis donare non potuerit plura Caſtra d. magni Comitatus.

132 Ex quibus concluditur, † quod tunc tantum dici poterit Imperium, Regnum, vel Prouincia lædi, & habere locum diſpoſ.*c.intellecto,* cum ita Caſtrum, vel Ciuitas alienatur, vt nedùm nullum dominium directum, nec vtile, ſed nulla iuriſdictio, nullaque ſupe-

rioritas, nec alius ius reſeruatur alienāti, ſecus vbi aliquid reſeruatur, vt fit in infeudationibus *vt* 22. *DD. cumulat* Menocb.*conſ.*96 1.*ex n.*21.*lib.x.&* 54.DD. *deſcribit idem* Menoch.*in conſ.*M 111.*n.*18.*verſ.*8.*& vltimo iuncto n.*59.*verſ.tertius eſt caſus,lib.* 11. poſt relatos *per Vaſq.lib.*1.*contr.ill.c.*4.*ex nu.* 1. vbi fatetur communem.

Vel vbi Caſtrum, vel Ciuitas eſſent in limitibus
133 Imperij, vel ita muniti, vt ex eorum alienatione magnum detrimentum euenire poſſet ipſi Regno, ob dubium nè ab ipſo Principe donatore deficeret, arg. *l.*2.*vbi gl.C.de fund.lim.& lim.lib.*11. *& ex Neuiz. & Grato, probat idem Menocb.d.conſ.*M 111. *nu.*58. *verſ.ſecundus eſt caſus*, quæ loca, & Ciuitates Caſtris
134 munitas, & limitaneas; † quinimò, & plures alias Rex noſter prudentiſſimus expreſsè excipi mandauit ſuis in literis in præſenti caſu, in quo, & alia quoque Ciuitates, & Oppida excipit alijs iuſtis de cauſis.
135 Quinimò Rex, etiam valdè prætioſa Regni, † putà aliquam magnam Ciuitatem, ſiuè inſignē in feudum concedere poteſt, dummodò id faciat cum cōſilio, *vt ex Card.*Ias. *Corſeto, & alijs probat Petr.de Greg.de conceſſ.feu.p.*1.*q.*5.*nu.x.vers.ſecundò limito, vbi Maſtrill.in add.addit* Bal. *Aluar.Fœlyn.Gram.& Rolan.*exemplo Pontificis, quem decet ardua expedire cum conſenſu Cardinalium.

Et licet Rex faceret multas, & diuerſas donationes, quæ ſimul vnitæ videri poſſunt exceſſiuè, non ta-
136 men reuocantur, † niſi ille, quæ verè fuerint exceſſiuè, vt ex *Luca* firmat *Aſſl.in prælud.d.q.*24.*n.*6.
137 Qui hoc amplius declarat, † & limitat, non procedere, in conceſſionibus factis in feudum, quia tunc non poſſunt dici exceſſiuè, & ſic ceſſat reuocatio, vt

rectè

rectè legenti *Aff.patebit d.num.6. verſ. Et nunc dico vnum quod non dixi.*

Quinimò idem *Aff.in l.Imper.S.prætereà* Ducatus
138 *in 3.notab.n.49.verſ.benè ſuper hoc*, dixit, † quod etiam ſi plures alienationes,ſiuè donationes ſint factæ diuerſis tẽporibus,quæ videri poſſunt exceſſiuè, tamen non fit coaceruatio,& ſic nulla ipſarum reuocatur,allegans *glo.& DD.in c.1.de don.& Imola ibi*, dicentem,quod hæc eſt magis communis opinio, & ita ſunt declaranda dicta per eundem *Aff. in rubr. quæ ſunt regal.in princ.ex nu.61.verſ.nunc venio ad quintam,& præcipuè n.65.* vbi loquens in alienatione regalium,ponderando dicta *Lucæ de Penna*, dicit
139 ipſum non diſſidere ab *Iſer.* † & loquitur expreſsè de pluribus donationibus ſimul iunctis, vt expreſsè poſt *nu.65.* ibi ( ſicut dicimus, quod plures donationes ſimul iunctæ inofficioſè reuocantur, *l. 1. & 2.* C.*de inoff.don.*& loquitur etiam de alienatione regalium per viam donationis ſimplicis, non autem de infeudatione,vt clarè patet ex conteſtu; Cuius opi-
140 nio, † vt validæ ſint cenſendæ huiuſmodi alienationes,& donationes, nec talem coaceruationem ad ipſas infringendas eſſe admictẽdam, ex eo quod futuræ ſint in detrimentum Coronæ,cum triſtes euentus minimè habendi ſint in conſideratione, & multo minus in Principibus,à quibus potius ſperandum eſt augmentum Status,quam diminutio ex *Diuo Auguſtino*,& alijs latè firmat *Amad.de Pon.d.tit.de his qui feu.da.poſſ.ex n.67.in verſ.ſed hæc opinio*,vbi ità dicit eſſe intelligenda dicta *glo. & Iſer.in Conſt. dignum*, & dicta per *Aff. in loc.præd.*

141 Ex quibus patet, † non eſſe admictendam reſtrictionem eorum,qui contra receptam,& communem

diſtinctionem ſine fundamento auſi ſunt reſtringere, atq; arctare poteſtatem Principis, etiam circa infeudationem omni iure permiſſam.

Vt ſcilicet nec infeudare valeat Princeps paſſim modò vnam, modò alteram Ciuitatem, nè ex ſucceſſiuis infeudationibus daretur proceſſus in infinitum, ex quo Regnum exinanirent, vel in totum annihilarent, ſeù deſtruerent, cuius opinio Auctor aſſertur *Martin.Laud.in c.* 1.*n.*25. *de his qui feu.da poſſ.* prout ipſum refert *Iaſ.in praelud.n.*77.*&* *Iaſ.* ſolius authoritate ſubnixus ſequi videtur D.*Capyc. in d.verſ. feudum dant,concl.*24.*verſ.ſecunda declaratio*,*Iacob. ver.in feudum,n.* 2.*in fi.Pet.Greg.d.p.*1.*q.*5.*in* 1.*lim. nu.*10.& refert ſimpliciter *Intrigl.p.*1.*q.*53.*nu.*191.

142 Siquidem falſum eſt fundamentum, † quod ex infeudationibus retento directo dominio, & iuribus dominicalibus, vel etiam ſaluis iuriſdictionis reſerua-
143 tione facta læſio nulla contingere poſſit, † etiam ſi plures Ciuitates infeudentur, vt ex *Oldr.Ang.Dec.in plur.conſ.Socci.Iun.Alber.* & alijs probat *Crau.conſ.* 999.*n.*1.*in fi.verſ.quin etiam ſi Ciuitatis*, vbi amplius
144 ſubdit, † quod tunc tantum dicitur magna læſio, cum ſeruituti, aut poteſtati alienæ Regnum ſubijcitur, vt in caſu *Oldr. conſ.*231. *in fine*, vel cum Regni Monarchia, aut ipſius Coronæ honor diminuitur, iuxta exempla *Bald.conſ.*171.*lib.*1. *&* *Socc.Iun.conſil.*60.*nu.*53.*lib.*3.

145 Nec *Mart. Laud.* dictum obſtat, *&* *Iaſ. in* DD. *praelud.n.*77.*verſ.limitat tamen not.Mart.* poſtquam allegauit generalia ſcilicet not. *in cap.grandi*, *&* *in cap.intellecto*, remictit ſe ad infra dicenda, *vbi nu.*78. *verſ.*5. (Et ſic ſubtiliter aduertis) ſubjcit quod dicta limitatio procedit iuxta opinio eorum, qui ad cogno-

ſcen-

ſcendum an ſit magna, vel parua læſio non faciunt differentiam, an Princeps abdicet à ſe omne dominiũ cum iuriſdictione, & dignitate, an verò retineat ſaltim directum dominium, vel ſuperioritatem, ſed ſolũ iuxtà opin. eorum, qui hoc ſolum agerunt, an donatio, vel alienatio cedat in magnam diminutionem
146 Regni, an verò in non magnam, † Vndè cùm prædicta opinio ſit magis communiter recepta, vt omninò in materia *d.c.intellecto, & c.grandi*, ſit diſtinguẽdum, an alienatio fiat in totum, vel directo dominio, aut ſuperioritate retenta, vt ſupra conſequens eſt, vt limitatio prædicta *Mart.Laud.* quæ dumtaxat locũ habet data pro vera opinione, reprobata magis cõmuni ſit quoq; falſa, & contra communem, & ſic cũ eo corrunt dicta per *D.Capyc.& alios*.
147 Et quoniam, † quænam dicatur magna alienatio, vel parua, ex qua inſurgat læſio Status, aut Coronæ, eſt inueſtigandum ex qualitate perſonæ dantis, accipientis, ex re ipſa conceſſa, & ex cauſa, *vt ex Luca in l.contra publicam*, C.*de re milit.lib.12. tradit Aſſl. in d.rub.quæ ſint regal.nu.64.& 71.in fine*, vbi dicit *Lucam* in hac quæſtione prolixo ſermone, tandem concludere, reſpondendum eſſe iuxta perſonarum, & cauſarum qualitates, *arg.l.in fundo,ff.de rei vend. & c.& ſi quæſtiones, de ſymon.* Dec. *infra allegando conſ.* 288. *incip.nõ eſt parui ponderis, n.2.verſ.accedit, iuncto verſ.vltimò non obſtat, in fine d.conſ.* † vbi lo-
148 quitur de legato facto per Regem Catholicum Reginæ Ioannæ ſorori relictæ Regis Ferdinãdi de bonis, & feudis, quæ tenebat in hoc noſtro Regno Neapolitano.
149 Nemo aſſeuerare poterit, † immoderatam eſſe alienationem, quam Rex noſter, tàm maximus Mo-

nar-

narcha in præſentiarum facere intendit aliquarum ex Ciuitatibus demanialibus ampliſſimi Regni Neapolitani exceptis limitaneis Principibus Prouinciarum, & alijs permultis, quæ quouis modo lædere poſſunt Coronam.

Non enim agitur de alienanda nulla ex præcipuis
150 † Ciuitatibus Regni, vt de Capua, vel Auerſa in ſpetie placuit *Aff.* exemplum tradere *in d.§.prætereà Ducatus, in 3.notab. vbi ex nu.46.* examinando primam ex quinque quæſtionibus per eũ paulò ante præpoſitis, poſtquam firmauit propoſitionem ge-
151 neralem, † Non valere alienationem demanialium factam erga priuatas perſonas, quã nimis diminuerentur introitus Regni, vel ipſius in Regno iuriſdictio infert ex hoc, quod ideò non poſſet alienare Ciuitatem de demanio Regni, putà Capuã, vel Auerſam, quia hæc eſſet magna donatio, & diminueretur Corona.

Subdit ſtatim limitando, & reſtringendo propoſi-
152 tionem, non procederet, † vbi Rex alienaret Ciuitatem demanialem ſolum quòad vtile dominium retento directo, vt contingit infeudando, quia talis alienatio valeret cum clauſula ex certa ſcientia, vel clauſula non obſtante, & reddit rationem, quæ opti-
153 mè confirmat præcedentia, † (quia non diceretur lædi corona, ex quo retinuit directum dominium, qđ habet Rex reſpectu vaſſallorum, allegat *Bald. Panor. Prapoſ. & Alex.* & addit, quod licet *Prapoſ. in d.pralud.n.7.* dicat, quod hoc non poteſt fieri in detrimẽ-
154 tum Regni, † ipſe hoc intelligit non procedere, vbi adijciatur clauſula, ex certa ſcientia, *ex Iſer. in Conſtit. dignum, & alijs.*

Et ſic *Aff.* intelligit tunc demum ex alienatione

de-

155 demanialiũ lædi coronam, † vbi multũ diminuerentur introitus Regni, vel iuriſdictio in ipſo Regno.

Et quòd vbi certum eſt lædi coronam, vt ex alienatione magnæ, & præcipuæ Ciuitatis clauis Regni,
156 vt eſt Capua, † adhuc ceſſaret læſio, ſi directum dominium reſeruaretur.

Et quod valet infeudatio magnarum Ciuitatum
157 cum clauſula ex certa ſcientia,† & non obſtante etiam in detrimentum Regni, *ex doctr. Iſer. & Alber.* quos citat, & quod ita eſt declaranda *doctr. Mart. Laud.* qui ab omnibus vt *Auctor* citatur in contrariũ. Et *idem Affl. in d. 3. not. n. 72.* ſubijcit hæc verba (Vltimò teneatis in cordibus verbis hoc dictum nouiſſi-
158 vz,† quod tunc dicitur res demanialis alienata, quando directum, & vtilè dominium eſt alienatum alijs, ſi ſolum vtile dominium eſt alienatum retento directo non dicitur alienata res demanialis, *ex Bal. & Panor. ſupra citatis.*) Hæc *Affl.* pro coronide, ex quo omnia contraria reſolui poſſent, idem fermè repetit *idem Affl. in §. ſi quis fecerit, n. 13 quo temp. miles, & ſequuntur alij.*

Et idem optimè non ſolum concedit, ſed firmat *Menoch.* qui licet *in conſ. 264* latiſſimè reſpondere videatur contra noſtram opinionem (licet ex alijs nõ
159 obſtet, vt infra)† nihilominus pulcherrimè fundat de communi ſententia, quod, & ſi Princeps res, & bona demanialia ſui principatus alienare non poſſit inuitis ſubditis, nihilominus infeudare poteſt, ex quo retinet directum dominium, & ſuperioritatem, nec deſinit eſſe Dominus, & ad eum confugere poſſunt ſubditi ſi malè pertractentur, clarè innuens, non eſſe intereſſe conſiderabile ſubditorum, nè inuiti infeudentur, cum non ſit reſtringenda hæc facultas à iure

Principibus conceſſa, vbi vltra *Bal. Iaſ. Affl.* hanc eſſe comm. probat *ex Cæph. conſ.* 155. *n.* 12. *Crauet. conſil.* 411. *nu.* 23. *& idem ex Oldr. Alex. Dec. Caſtal. Corn. Vaſq.* Affl. *Alban. Socci. & Pariſ. probat Burſ. conſ.* 160 *nu.* 85. *&* 88. *verſ. quod ſeruit nu.* 2. *qui in fi. conſ. teſtatur ita deciſum de anno* 1575. *per Senat. Mantuæ in fauorem* DD. *de Natta.*

Vltra quod hanc diſputationem ceſſare in Regno,
160 † vbi alienantur de conſuetudine, etiam iura directa, & in præiudicium Coronæ teſtatur in ſpecie *Camer. in l. Imper. car.* 71. *in* 1. *col. in princ.* quem ſequūtur *Reg. de Ponte, & de Curte*, cum alijs Regnicolis infra citandis in ſequenti articulo, quos ſequitur *Montan. Modern. in rep. l. Imperialem, §. præterea du-*
161 *catus, ſub nu.* 56. Imò nedùm expreſsè, † ſed tacitè ex qualitate Regis legantis cenſeri translatū, & mediante legato donatum directum dominium Caſtrorum, & feudorum Regni noſtri, ſubtiliter etiam de iure communi inſpecto latiſſimè reſpondit *Dec. in d. conſ.* 288. in caſu legati facti per Regem Catholicū Reginæ Ioannæ ſorori relictæ Regis Ferdinandi, qđ ipſi non auferrentur, nec diminueretur aliquid de bonis, quæ habebat in Regno Neapolitano per totū conſilium.

Ex quibus licet non ſit opus quòad præſentem attinet caſum inſiſtere in illa vulgatiſſima, & controuerſa quæſt. Vtrum vaſſalli inuiti alienari poſſint, qđ tàm in vaſſallis ratione feudi, quàm etiam ratione
162 iuriſdictionis, † qui magis propriè ſubditi appellātur, de quibus *in c.* 1. *qual. vaſſ. iur. deb. fidel.* confusè tractāt pleriq; ex DD. cū id quòad vaſſallos burgēſes, ſiuè ſubditos in Regno noſtro ſit abſolutiſſimum ex notoria, & vetuſtiſſima conſuetudine, vt infra.

Nihi-

123

Nihilominus,vt nec vmbra quidem remaneat, & caſus diſtinguantur,ſuiſque ſedibus aptentur,ſubſcriptæ in hac materia æquè magis cõmuniter receptæ ſtatuendæ ſunt concluſiones,ex quibus patebit hanc noſtram Conſuetudinem ex veris iuris principijs eſſe deductam,iuriq; communi apprimè conformem.

163 Prima, directus Dominus feudi † regulariter nõ poteſt directum dominium, ſiuè proprietatem feudi, quod ſub eo tenet vaſſallus,ſiuè feudatarius, in alterum alienando transferre, itaut vaſſallus, ſiuè Baro inuitus cogatur mutare dominum directum,& nouo Domino iurare fidelitatem,& hoc latè firmat *Iſern. in* §.*praeterea* Ducatus, *in verſ. nec Dominus, nu.*43. vbi pluribus hoc confirmat *vltra n.*44.*vſq; ad verſ. & ex his oritur*.

Et iterum *poſt nu.*45.*in verſ.in* 2.*q.*vbi licet initio proponere videatur *Iſer.* vtrum Rex poſſit alienare, vel donare alteri hominem demanij,vt efficiatur homo alterius,& ſic vtrum ſubditus, vel ſubditi poſſint alienari de per ſe ſine territorio, vel abſq; Vniuerſitate Caſtri demanialis,de quo latiùs infra dicemus.

164 Nihilominus rectè perpenſo *Andrea* conteſtu, † ipſe aliquibus intermedijs concluſionibus ad materiã pertinentibus(vt eius eſt moris) iterum reuertitur ad priorem quæſtionem de alienatione directi dominij, vt colligitur ex illis verbis, ibi, (quantum ad militẽ, & Baronem demanij,videtur quod non, per Conſtit. Perſonas,&c.) vndè cum loquatur de milite, & Barone,clariſſimè loquitur de feudatario,vt ſ3.ſimplicẽ feudatarium ſub denominatione militis, & eum qui Baroniam,vel aliud feudum magnum Baronis appellatione includeret,& clarius ex concluſione,quam reaſſumit *Iſern.d.n.*45.*ante fin,ibi,* ( vbicumq; ergò

intereſt vaſſalli non dari,ſeruabitur æqualitas, vt ſicut vaſſallus non alienat inuito Domino,& ſine eius conſenſu, ſic nec è contra, ſi verò non intereſt dabit,&c.)

165 Et ſic clariſſimè colligitur,† *Iſer.in d.verſ.nec Dñi, tàm in d.n.*43.vbi format primam quæſt.vſq;ad verſ. & ex his oritur, *poſt n.*44. quam etiam poſt *nu.*45.*à verſ.in* 2.*quæſt.* de hac prima concluſione dumtaxat tractaſſe,ſ3. *A*n Dominus directus inuito feudatario, ſiue Barone,poſſit in alterum proprietatem, & iura dominicalia transferre,vt nouo Domino cogatur fidelitatẽ inuitus iurare,& eo tendunt eius argumẽta,

166 & rationes,† quæ quidem quæſtio diuerſiſſima eſt, & ſeperata habet principia ; vt rõne etiam diſtat ab altera,ſ3.Vtrum Rex poſſit alienare demanialia, Ciuitates,& Caſtra cum vaſſallis burgenſibus,de qua *Iſer.*tractauit ibidem in intermedio diſcurſu in dicto *verſ. & ex his oritur , vſq; ad verſ. in ſecunda quæſtione*,& affirmatiuè reſoluit cum diſtinct.*cap.intellecto,vt ſupra diximus.*

167 Et quidẽ iuſtiſſimè in hac prima quæſtione † negatiuè reſoluit *Iſer.* vt directus Dominus non valeat alienare proprietatem ; non tam ratione antedictæ æqualitatis,ſiuè parilitatis ſeruandæ, vt ſicut vaſſallus non alienat vtile dominium ſine conſenſu Dñi,ſic neq; è contra Dominus proprietatem ſine conſenſu vaſſalli,quod,& ſi regulare ſit,in quo *Iſer.poſt n.*44. ponderat verba *l.Corradi,in* §.*ex eadem l.in fine,iũ-*

168 *cto* §.*ſimiliter*,†vt ſicut Dominus non alienat proprietatem,ſic ſimiliter nec vaſſallus feudum ſine voluntate Domini,ponderando dictionem,*ſimiliter*, & latius per ipſum *Iſer.in d.*§.*ex ead.l.nu* 9 *in fi &* 10. *& in d.*§.*ſimiliter,in princ.* ſuſiſſimè *Lipar.ad Iſer.in*

d.§.

*d.§.Dominus quoque, in addit.magna, lit. F.de forma fidel.* tamen non eſt perpetuum, quia vt dixit *Iſern.*
169 *d.n.45.ante fin.*†taliter tenetur vaſſallus Domino, quam Dominus vaſſallo,quod exemplis probat *ibid. Iſer.n.46.*& optimè probat in puncto *Loffred.in d.§, nec Dominus,col.6.verſ.& ad id quod dicitur*,& ſubtiliter *Natta videndus omninò conſ.367.n.21.*ſed alia fortiori rõne paulò ante per *Iſer.*conſiderata *in 1.q. poſt nu.44.ibi* (& eſt ſatis rationabile, ſi promiſi tibi fidelitatem iurando, quomodo hoc venderes alteri, vt efficiar vaſſallus illius,cui non iuraui, nec promiſi cum obſequialia nõ poſſint alijs cedi,ſecus in fructu, vel ſeruitio) quod iterum repetit *poſt verſ.in ſecunda quæſtione,ibi*(quantùm ad id,quod deberet vaſſallus in dando,vt pecuniam,vel ſeruitiũ non poſſet negare dare,cui vellet Dominus,quia, & nomẽ debitoris inuiti creditor vendere poteſt,*l.1.C.de nouat.*)q latius explicat idem *Iſer.in c.1.§.ex ead.l.nu.9.ante fin.& nu.10.de Cap.Corradi.*

170 Et de hac prima quęſtione ſubijcit *Iſer.*†quod licet variæ fuiſſent conſuetudines,& ſub diſtinctione hoc diffinierit Corradus *in d.§.ex eadem.*

Tamen Imperator Fridericus,qui fuit vltimus poſt Corradum,& Lotharium declarauit *in d. §, prætereà Ducatus, in fine*; quòd non poſſit Dominus ſine voluntate vaſſalli, & hæc lex tãquam vltima debet aliquid operari,non enim eſt dicendum, quòd fruſtra repetat dicta per alios Imper. vt per eum *in d. §. nec Dominus,poſt n.44. & in d.§.ex eadem l.poſt nu.10. vbi addit Iſer.*hoc etiam expreſſum *in d.§.prætereà ducatus,in fine*,licet multæ expoſitiones dentur *in gl. in ver.ad alium transferat.*

171 Licet in Regno noſtro diſpoſitio *d.tex. in §.præ-*

terea Ducatûs, eſt, ac ſi non eſſet emanata lex prædicta, cùm ex particulari conſuetudine receptus ſit, & vigeat vſus Mediolanenſium, vt infra, in fine huius concluſionis apparebit.

172 Quæ prædicta concluſio negatiua, † præſertim locum ſibi vindicabit, vbi Dominus directus alienaret partem directi dominij eiuſdem feudi, retẽta ſibi altera parte, adeòut vaſſallus cogeretur pro eodem feudo duos, vel plures agnoſcere Dominos directos pares eiuſdem gradus, ipſiſq; fidelitatem iurare, vt apertiſſimè docuit *Iſer. in d. §. ex eadem l. poſt num. 9 verſ. idem ſi partem vellet vendere partem retinere Dominus, vt qui prius eſſet vaſſallus vnius, eſſet plurium, non poteſt, quia ſicut particularis ſolatio non minima habet incommoda, ſic è contra particularis diſtractio ex parte creditoris, quoniam non debent ad imparia iudicari, &c.)* & iterum ibidem *poſt n. x. ibi,* (maximè quando afficeretur vaſſallus plurium, qui erat vnius, *ff. de exercit. l. nè in plures*) quod repetit *in c. 1. §. ſimiliter poteſt in add. n. 16. de Cap. qui Cur. vend. & in §. ita tamen vt vaſſallus, nu. 41. in fine, de prohib. feud. alien. per Frider. ibi,* ( Non cogetur eſſe vaſſallus duorum, ſed eliget quem vult pro Domino, quia non debet in plures diſtingui, qui contraxit cũ vno) *& in §. omnes filij, poſt n. 5. vbi idem, & in verſ. in dicta ſecunda ſumma.*

Et in hoc caſu omninò accipienda ſunt, & declaranda verba † *Iſern. poſt n. 47. ibi,* ( ſi detur igitur per Principem defendet ſe, quia intereſt ſua nõ habere plures Dominos, &c.) accipiunt. n. huiuſmodi neceſſariam, & præciſam declarationem ex proximè dictis *d. n. 47.* dùm continuando eandem quæſtionem ſupra propoſitam *poſt n. 45. verſ. in ſecunda quæſtione,*

173

cla-

clariſſimè loquitur de Domino directo,qui ſicut non aufert feudum inuito vaſſallo,ſeù feudatario, ſic nec perſonam vaſſalli,multò fortius dando alteri, quia perſona eſt dignior rebus,& hoc in his,quæ ſunt in obſequio,quod dedignatur quis facere meliori ſe, & ſi melior eſſet eo inuito fieri non deberet, quod non eſt in eo,quod recipit extimationem,& poteſt vendi, & cedi,&c.) Dùm igitur continuatiuè, & illatiuè ſequitur (homo ergò demanij, &c.) neceſſariò debet intelligi retēta eadē poſitione de homine feudatario, ex diuerſis enim, & ad diuerſa non fit illatio *vulg.ll.*

174 Et hic eſt verus, † & germanus ſenſus dictorum *per Iſer.tàm in d.verſ.nec Dominus, quàm in præced. verſ.ità tamen vt vaſſallus,in* §.*præterea* Ducatus,*& in alijs ſupra citatis locis.*

Et in eiſdem terminis loquuti fuerint, & omninò

175 accipi debeant dicta † *per* Innoc.*in c.auditis, nú.3. verſ quoniam,de præſcr.Hoſtien.*Io. *And.& in c.dilecti filij,de maior.& obed.*Bal.*in c.ſi quis,n.5.quo tēp. miles*,dùm dicunt admitti contradictionem vaſſallorum nè Dominus alienet, & maximè ſi velit partem alienare,& partem retinere, quia intereſt ſubditorū tot Dominos non habere *ex d.c.dilecti filij.*

176 Et ſic etiam eſſe intelligenda dicta † omniū DD. qui paſſim I*nno.Hoſti.Io.And.Iſer.& Bal.* ſequuntur, vt ſ3. loquantur in alienatione proprietatis feudi, quam facit directus Dominus, præſertim alienando partem feudi,altera ſibi retēta,quo caſu feudatarius cogeretur in plures, & diuerſos directos Dominos coequales diſtingui,ſeù ab eiſdē diſtringi,vt loquitur *Iſer.in dd.locis*,eiſq;præter inſtitutum iurare fidelita-

177 tem,† non autem de vaſſallis burgenſibus,qui non debent deficere ab ea ſeruitute,in qua nati ſunt, vt

poſt

poſt *Neuiz. inter conſ. Bruni*, conſiderat [in puncto *Card. Pariſ. infra alleg. conſ. 21. n. 90. l. 1.* præſertim
178 in Regno, † vbi conſtat, Regem eſſe dominum perſonarum, quæ in Regno ſunt *Conſt. Quia frequenter, in fine*, & omninò tranſeunt cum alienatione Caſtri, vel Ciuitatis per Caſtri infeudationem, quam facit Rex, nec ſortiuntur plures directos dominos, ſed cōſeruatur illis ſemper directum, & ſupremū Regis dominium, quamuis ſub immediato vtili dominio alterius, *vt ex Affl.* Alban. Socci. *Iun. & Pariſ.* probat in ſpecie *Burſ. conſ. 160. poſt n. 88. verſ. quod ſeruit, lib. 2.* & infra latius quod videtur ſentire *Affl. in d. §. ex eadem, n. 7. iuncto n. 14. in 6. not.* vbi declarat quomodò
179 intelligatur hoc, † quod vaſſallus ſortiatur plures Dominos, ſed melius optimè, & latiſſimè rationibus, DD. authoritatibus, ſubtilius, veriſq; ponderati onibus fundat *Loffr. noſter omninò legendus in paraſr. ad d. verſ. nec dominus, à verſ. quod vaſſallus, ideſt feudatarius, præſertim col. 5. verſ. non obſtant allegata in contrarium vſq; ad col. 8. verſ. & præter prædictos caſus*; vbi verè quidquid deſiderari poteſt, & ita expreſsè
180 loquitur *Men. conſ. 377. n. 9. cum ſeq.* † vt non cogātur ſubditi ex confederatione inhita inter Archiepiſcopum Fridentinum, & Sereniſſimum Archiducem Auſtriæ duos æquales Dominos agnoſcere, à quibus premente vtriuſq; neceſſitate cogi poſſent opē ferre, ac eo nomine collectis grauari, vt ipſe declarat *in princ. d. conſ.* Et ita etiam in alienatione partis feudi, & illius diuiſione hoc intereſſe eſſe conſiderabile, & non aliter expreſsè voluit *Franc. Marc. dec. 337. n. 3. p. 1.* & ita etiam loquitur *Vrſill. ad Affl. dec. 265.*
181 *nu. 36.* † vbi limitat de conſuetudine Mediolanenſium, & etiam in caſu neceſſitatis.

Et

182 Et quod inter hæc duo iuramēta fidelitatis, † quę præſtantur à feudatarijs ſ3. & vaſſallis burgenſibus longa ſit differentia, & differant formaliter, & diuerſus ſit illorum effectus, videndus eſt omnidò *Bal. conſ.* 327. *pridie conſului, lib. 1. & quæ tradit in terminis Natta conſ.* 367. *n.* 19.

183 Et ideò *Camer.* ſuo eminenti ingenio, † vt oſtenderet ex euentu, & vſu declarari, quā magna ſit differentia inter hos caſus, poſtquā propoſuit, & diſtinxit hāc quæſt. remiſs. *in d. § prætereą car.* 108. *col.* 2. dixit ſe nunquam vidiſſe Reges Regni alienaſſe directum dominium, ſed perſæpè vtile tantum concędendo Terras demaniales, vt infra.

Vndè oritur ſecunda concluſio ſubdiuiſa ſub hac
184 ſexta principali concluſione, † Quod licet vaſſallus burgenſis inuitus de per ſe alienari non poſſit, attamen ſimul cum Vniuerſitate Caſtri, Ciuitatis, vel Villæ, ſiuè cum gleba, & territorio, abſq; dubio vaſſalli alienari poſſunt, neq; hoc caſu admittitur ipſorū contradictio, intelligendo tamē retentis terminis habilibus, dummodò ſ3 alienatio non fiat in detrimentum Coronæ, & læſionem Status. *iuxta term. c. intellecto*, quod ſupra probauimus non comprehendere infeudationem omni iure Principibus permiſſam.

Hæc autem concluſio deducitur ex latere præce-
185 dentis, ſicut Eua & Adamo. † Cum .n. ex lege Corradi, *in d. § ex ead lege*, Regula prohibitiua, quòd Dominus directus non poſſet alienare ius ſuperius, reſtringeretur nō procedere iuxta vſum Mediolanēſem, vbi ex more recepto poterat Dominus alienādo totum feudum, etiam ſola Curia retenta, vaſſallum; & ſi inuitum alteri ſubijcere ęquali tamen vel maiori Domino, non autem inferiori, ſed alienando feudum

to-

totum etiam tranſlata Curia,ſiuè Baronia, *vt gloſat Iſern.* potuiſſet in quemcumq; etiam inferiorem, & ruſticum alienare,*vt tradit gl.in §.ſi quis fecerit,in fi.prima gl.quo temp.mil.vbi* Iſer.*nu.*2.*Bal.nu.*5.*Affl. n.*45.*& gl.in d.§.præterea* Ducatus,*ver.ad alium,ibi vel die referre,ubi* Iſer.*n.*43.*in fi.uerſ.alij diſtingunt, ut latiſſimè in d.§.ex ead. lege.*

Et hoc inferunt DD.à maiori ad minus affirmati-
186 uè,† vt ſi id,quod minus deberet ineſſe , & ineſt, ergò & id, de quo magis,& ob id infert *Affl. in d.§. ex ead.l.n.*7.*in* 2.*not.ex Iaco.Beluiſ.ibi,& Cynò in l.*1
187 *C.de nouat.* ad vaſſallos burgenſes, † vt 13 iuriſdi-ctio vaſſallorum ratione feudi non poſſit alienari de per ſe ſeparata à feudo,quia nō poteſt Dominus per viam delegationis alienare vaſſallum inuitum , ſed benè poteſt alienare feudum cū iuriſdictione,& Vni-
188 uerſitate; & ſic cum vaſſallis,etiam inuitis,† ſiqui-dem plura tranſeunt cum Vniuerſitate, quæ alias de per ſe non tranſirent,iuxtà *reg. l. quædam ſunt, ff.de acquir.rer.dom.c.ex literis,de iure patron.& clarè in*
189 *d.§.ex ead.l.& idem Affl.in* 3.*not.n.*11.† vbi dicit, ruſticum poſſe emere feudum,etiam vaſſallis inuitis cum Caſtro,& hoc ſentit *ibi Bal.n.*1.*in fi.*dùm dicit, ſed ſi eſſet quid vniuerſale, putà plebs,Caſtrum, vel Villa , etiam ruſtico alienari poſſet ; ex quibus deli-beratè firmatis per *Affl.cum* Iſer.*in d.§.ex ead.l.* ſunt
190 omninò declarāda,† quæ idem *Affl.*uariando ſcri-ſiſſe uidetur *in d.§.præterea Ducatus,in* 3.*not.nu.* 51. *uer.circa ſecundam quæſtionem,*ubi ſaluari pōt,quod uel ſenſerit de donatione Terræ, uel Ciuitatis in de-trimentum Coronæ,non autem de infeudatione, uel quod illa uerba initio quæſt. (donando Terram de-manialem cum uaſſallis) ſcripta,reperiātur uitio im-

pref-

preſſionis, cùm in toto quæſtionis diſcurſu nullam mentionem fecerit de cõi omnium ferè diſtractione per ipſummet alias probata (aut de per ſe, vel cum Vniuerſitate) vel ad ſummum dicemus cum *Camer.* *quod Aff.* ſenio confectus dormitauerit, vel ſaltim ſibi non conſtare, cùm in diuerſis locis repugnantia ſcripſerit.

Hoc idem probauit *Panor. in ſæpè cit. conſ. 3. n. 11.*
191 *in 22. q. in fine,* † vbi etiam teſtatur de Cõſuetudine Regum Franciæ, reſpondens in caſu quorundam Magnatum illius Regni, de quo latius infra.

192 Et idem deciſiuè reſpondit † *Alex.* probando hanc opinionem tanquam de iure veram (vt ipſe dicit) reſoluendo *doctr. Innoc. Hoſtien. & Io. Andr. in conſ. 25. ex nu. 19. & propriè n. 21. li. 5. idem Alex. in l. 2. n. 29. verſ. ex prædic. ff. ſol. mat. vbi add. poſt Aret. qui melius loquitur ibid. verſ. arguit etiam hic Bart.*

193 Et ante ipſum optimè *Romanus videndus,* † qui hanc noſtram ſecundam concluſionem intrepidè firmat velut certam, & in dubiam, nuncupatim loquens in vaſſallis burgenſibus *in conſ. 26. pro deciſione corũ in 6. & vlt. quæſt. vbi Mandoſ. in duabus poſtremis addit. infinitos cumulat concord.* & dicit com. opin. & am̃ eam iudicaſſe Rotam Roman. in quadam Tarraconenſi *Loffr.* latè omninò legendus *in d. parafraſi in §. nec Dominus, col. 3. verſ. est & alia ratio, cum ſeq. col. & col. 4. in princ. & in ti. verſ. & ex his concludi poſſe videtur, & iterum col. 8. in fine,* vbi dicit hanc opinionem eſſe veram, prout omnes DD. nemine excepto teſtantur *Ripa reſponſ. 22. ſub tit. de iure emphi. & feud. n. 9. Rub. Alex. conſ. 96. in fine, Franc. Marcus dec. 337. nu. 7. & 8. Guliel. Bened. in c. Raynut. verba duas habens filias, n. 71. Pariſ. conſ. 22. nu. 82. li. 1. vbi*

*ex Baldo, Rom. Aret. Alex. Fely. Iaſ. Dec. & omnium primo Azone relato per Neuiz. in notiſs. conſ. 12. inter conſ. Bruni dicit hanc eſſe communem. Rol. ind.* qui in eodem caſu Pariſij pro Duciſſa Mantuæ ſuper validitate conceſſionis Imperialis Marchionatus Montisferrati, non obſtante vaſſallorum burgenſium reclamatione conſuluit *conſ. omnium primo, n. 88. & 91.*

194 Et inter receptiſſimas concluſiones † adſcripſit *Gabr. de iure quæſito non tollendo, concl. 8. n. x. in 1. limit.* ijsdemq; ferè verbis tranſcripſit *Iacob. Phil. Port. li. 5. concl. 1 r. verſ. contrarium Decius.*

Comprobat *Natta conſ. 367. nu. 4.* vbi licet dicat,
195 quod nonnulli tenent contrarium, † tamen fatetur ſupradictam concluſionem magis cõmuniter à DD. approbari, ſequitur *Hipp. Rim. conſ. 6. n. 109. & iterũ 601. n. 33. & 39.* vbi fundat latè ab hac opinione velut à magis cōi DD. ſententia in iudicãdo, & cõſulendo, non eſſe recedendum *n. 34. & ſeq.* & ita reſoluit opinionem Doctorum, quos in contrarium citat *Menoc. conſ. 264. nũ. 30. li. 3. ſequitur Petra de poteſt. Princ. in 2. dubit. principali, §. capio nunc ſecundũ, n. 130. verſ. iſta tamen, Viu. opin. 637. incip. Princeps non poteſt, nu. 2. verſ. qua quidem, lib. 2.*

196 Et hanc, † vti veriorem in puncto iuris plenius & ſubtiliſſimè de more diſcuſſo ſenſu, *tam d. §. ex ead. lege, quàm tex. c. 1. de Cap. qui Cur. vend. & ei aſſer.* cũ cæteris Feudiſtis, & omnibus Ciuiliſtis, & vt magis, ac magis com. probat *doctiſſ. Barb. in l. 1. in prin. poſt n. 41. verſ. denique ex prædictis, & præcipuè n. 43 & poſt nu. 44. vſque ad nu. 46. ff. ſol. matr.*

197 Ex quibus patet notiſſimè lapſum in hoc, † ſicut in reliquis, *Neuiz. in famoſo conſ. 12. inter conſ. Bruni,* dum accenſus ardenti amore defenſionis ſuæ patriæ

128

Aſtenſis, quam Rex Franciæ infeudauerat, inter alia *in 3. fundamento, nu.* 107. agens de hac quæſtione, Vtrum vaſſalli inuiti.

158 Primò † confundit has duas propoſitas concluſiones inter ſe valdè caſu, & ratione differentes.

Siquidem, vt probaret, quòd vaſſalli burgenſes inuiti alienari non poſſunt, affert diſputationem *Azon.* relatam per *addit. ad Petr. incol. tit. de cauſ. ex quibus dom. deb. amit. propriet.* eamq; deſcribit ad verbũ, quę vt ipſemet *Neuiz.* ponderat, facta fuit pro Duce Britanniæ, quem Rex Francorum delegauerat Regi Angliæ, & eam determinauit *ex l. Imper. § præterea Ducatus*, qui *tex.* sm̃ eundem *Azon.* expreſsè loquitur, vt Dominus directus non poſſit ſuum feudatarium inuitum alteri ſubijcere, vt ſupra.

199 Secundò *Neuiz. ex n.* 109. *verſ. eandem opin. &c.* affert plures DD. qui vel loquuntur in term. q. *Azon.* & ſic in terminis primæ concluſionis ſupra firmatæ.

Et ex illis, qui loquuntur in terminis ſecũdæ quæſtionis, Vtrũ vaſſalli burgenſes poſſint inuiti alienari, pleriq; tenent affirmatiuè, quos falsò pro ſua opinio-

200 ne citat, † vt ſunt *Aret. Alex.* *Iaſ. & alij ſupra cit.*

Et reliqui, qui tenent negatiuam, loquuntur in alienatione vaſſallorum, ſiuè vaſſallagij de per ſe abſq; Caſtro, & territorio.

Et in caſu, quò vaſſalli burgenſes alienantur cum Vniuerſitate, non fuit auſus *Neuiz.* negare, quin fieri

201 poſſit iuxtà receptiſſimam ſententiam, † cum, & idem *Azo.* in fine ſuæ diſputationis hoc conceſſit etiã in caſu alienationis directi dominij, & ſic in terminis fortioribus, vt per *Neuiz. poſt n.* 109. dum refert verba *Azon.* dicentis (Item huius ſeruitia nõ tranſeunt, niſi cum Vniuerſitate C. de contrab. empt. l. in mo-

 dicis)

dicis) Sed videns *Neuiz.* non poſſe directo effugere
202 ſcopulum,tentauit per obliquum,†quod non dicatur alienatio fieri cum Vniuerſitate,niſi alienetur totus Comitatus,quod quam ſit à veritate alienum, & contra communem, & receptam omnium DD. opin. rogo videatur *Loffre.noſter*, qui contra *Neuiz.*iuſtiſſimè inuehit,eiuſque fundamenta,vt leuia optimè,& latè contundit *in d S.nec Dominus*, *col.* *mihi 7. quæ eſt pen.verſ.non obſtat,conſ.lo.de Neuiz.*

Sileat quoq; & habeat in Domino patientiam *Neuiz.d.conſ.* 12.*dum à nu.*95.adeò execratur,eſſe ſub Baronum vaſſallagio, vt huiuſmodi vaſſallos ſer-
203 uis æquipararet,† eos verò,qui Regi immediatè ſubſunt hominibus liberis,& fatuum eſſe,qui talem ſeruitutē non perhorreſcat, niſi fortè inquit aliquis miſer,vel deſperatus,ſileat inquam vt eidem ſatisfaciēdo dicit *lo. Petr. Fontanel.in loco proximè citando*, Vi-
204 uimus enim nos,qui ſumus experti ait *Fontanel.*†in multis occaſionibus peius ab Officialibus Regijs tractari vaſſallos,quàm à Baronibus maximè vbi nūquā ità alienat Rex, vt ſummam Regaliam ſubueniendi oppreſſis, & liberandi eos à manu calumniantium à ſe abdicet: Cū igitur in hoc Regno tot vias habeant vaſſalli, quibus à Dominorū oppreſſionibus caſu quo fierent ſe liberent non eſt eorum vita ſeruitus appellanda, & proindè benè *Amedeus de Ponte in loco ſa-*
205 *pius alleg.nu.*105.† fundat in caſu,de quo agimus non tractari de intereſſe vaſſallorum,nec illud conſiderari quaſi de ſeruis alienandis, vel diſtrahendis, prout in terminis prædicta, & alia perpendit *Fontanella to.*1.*de pact.nupt.clau.*4. *glo.* 10.*par.*2.*à nu.*52. *vſque ad* 54.

Quæ omnia,vt pateat ex abundanti dicta, non ad

victo-

victoriam præſentis conſultationis, ſed pro tuenda veritate, & vt à fortiori appareat ampliſſimam poteſtatem Regis noſtri circa alienationem demanialium Regni eſſe iuri conformem.

Dicimus in Regno noſtro de hoc dubitari non poſſe
206 ex præſcripta, † & inueterata conſuetudine, in qua fuerunt Inuictiſs. retro Reges alienandi, & infeudãdi vaſſallos quuſcunque cum territorio, Caſtris, & Ciuitatibus, & quæcunque demanialia, etiam inuitis, & reclamantibus ſubditis.

Exiſtente .n. conſuetudine, etiam ſi concederemus eſſe veram opinionem negatiuam in ſecunda cõcluſione, vt vaſſalli inuiti, nec cum Vniuerſitate transferri poſſent, nemo tñ ex noſtris (*Neuizano ſolo exce-*
207 *pto*) dubitauit, † quin ſeruanda ſit huiuſmodi conſuetudo in loco, vbi viget, vt ſũpto *arg. ex d. §. ead. l.* quæ loquitur in fortiori caſu, ſʒ alienationis directi dominij, & delegationis fidelitatis, vt ſupra, & tamen excipit Mediolanum, vbi viget cõſuetudo permiſſiua, *vqi Iſer. n. 9. in fine, dicit* (hic vſus ſeruabitur, vbi eſt, alias vbi non eſt ſeruabitur lex Corradi) firmat
208 *Bald. ibid.* dicens, † quod licet iure communi iuriſdictiones non poſſunt vendi, tamen per conſuetudinẽ eſt vſurpatum, & quotidiè videmus Caſtra, & villas emi, & vendi cum mero, & mixto imperio, quæ conſuetudo vincit legem, *Camill. Saler. in prœm. conſuet. fol. 33. verſ. 3. clarius Panor. in c. auditis, poſt num. 21. verſ. in ſecularibus, de præſcript. ſequitur Iaſ. in famoſo conſ. ædito in cauſa Caſtri de Summaripa Ducatus Sabaudiæ, vbi latè tuetur validitatẽ infeudationis, col. 13 in reſol. ad fundamenta Vniuerſitatis, verſ. quinto dicitur, Lancel. & Phil. Decij, & Alciat. in l. debitorum, C. de pact.* vbi addit *Phil.* quod idem eſt de iure, quia

nihil

nihil videtur obſtare quominus quis ius, quod habet
209 vendere poſſit, † & quia iuriſdictio Caſtri tranſit in
creditorem,cui Caſtrum pignoratur ex Caſtr.que n.
citat,*vbi addit.addit Rom.in quodã ſing.Ripa reſp.25 Franc.Marc.dec.*Delfin.337.n.11.Soccy.*un.conſ* 94 *nu.*29.*vbi ad idem citat Fely.lib.*2.Natta *d.conſ.*367 *nu.*11.& 12.

Quinimò hæc conſuetudo eſt generalis,& notoria,
210 † & ſic non eſt probanda, ſed ſufficit illam allega-
re licet non probetur, in quo dicit non eſſe laboran-
dum,*Natta conſ.*367.*n.*6.*in* 2.in Regnis,& Statibus,
in quibus ſæpè Principes conceſſerunt Caſtra,& vil-
las in feudum cum hominibus; vt de Marchionibus
Montisferrati ipſe teſtatur,quod in ſpecie probat *Ro-
land.conſ.omn.*1.*n.*91.& 92.*optimè Rimin.*Iun.*cõſ.*6.
*nu.*110.*n* 1.& *conſ.*601.*n.*36.& 37.*reprehendens ob*
211 *id* Menoch.*in d.conſ.*264.*nu.*66.† qui dixerat hanc
conſuetudinem probari oportere, prout de dicta ge-
nerali conſuetudine,& in ſpecie de Ducibus Ferrariæ
probat Marcabr.*infra alleg.conſ.*55.*ex n.*76.& *alij,
quos refert Viuius contl.* 637.

212 Et de hac † conſuetudine Regni primum atteſta-
tur *Lucas*,qui licet in *rep.l.*1.*C.de Capit.Ciui.cenſib.
eximenda li.*11.videatur tenere opin. vt vaſſalli bur-
genſes inuiti donari non poſſint,& multa adducit pe-
regrina, & in fine dicat hanc opin. eſſe veram, ſicut
Euangelium, & fortè ex eo,quia dixit illam tenere
*Iſern.in d.*†.*præterea,verſ.nec* Dominus,*in* 2.*q.* quem
213 vocamus † Euangeliſtam in Regno in feudis,prout
locupletiſſimus teſtis eſt *Hartman.Piſtor.li.*2.*quæſt.
iuris q.*1.*nu.*83.*poſt Gram.Aff.*Camer.& *alios ibid.
relatos.*

Nihilominus *Lucas* rectè perpenſus, non loquitur

in

in infeudatione cum Vniuerſitate, Caſtro, vel terri-
214 torio, † ſed an Rex poſſit vaſſallos, ſeù ſubditos de-
maniales liberos de per ſe donare alteri, ſiuè donare
ius vaſſallagij abſq; territorio, vt clariſſimè patet ex
quæſtione per eum formata *col. 2. verſ. item an poſſit,*
*iuncto verſ. præcedenti, ibi, (immunis .i. libera)* vbi,
cum, occaſione *illius tex.* dubitaſſet, Vtrum Princeps,
vel Rex homines huiuſmodi liberos à capitatione
cenſuali poſſit ſubijcere iterum eidem tributariæ fun-
ctioni, ſubijcit immediatè (Item an poſſit huiuſmodi
homines liberos ſtipendiarios facere alterius, ita qđ
in eius dominio tranſeant. Pone prout peccatis fa-
cientibus in Regno frequẽter occurrit, Rex habet in
terris ſuis; quæ demanialia ſunt, homines liberos ad
nullam præſtationem perſonalem, niſi ſolum ad col-
lectas in certis caſibus ſibi rationabiliter debitores;
an poſſit illos donare, vel vẽdere Comiti, vel Baroni)
215 Hæc ille, † vbi apertè patet non agere *Lucam* de
infeudatione Caſtri cum vaſſallis, & ſic cum Vniuer-
ſitate, nec de alienatione demanialium, ſed ſecundũ
terminos *illius l. vnica*, quæ loquitur de capitatione,
& ſic de ſubiectione, & munere perſonali, Quinimò
expreſsè *Lucas* excludit conceſſionem terrarum de-
manialium, ſiquidẽ format caſum, an poſſit Rex ho-
mines liberos, quos habet in terris ſuis, quæ dema-
nialia ſunt, facere ſtipendiarios alterius, & an poſſit
illos donare, vel vendere alteri, & ſic excludit Terras
demaniales, quæ in ſuo ſtatu primæuo permanere, vt
terras demaniales manifeſtè ſupponit, & in toto quæ-
ſtionis diſcurſu ſemper de donatione, & addictione
in ſeruitutem perſonarum, ipſorumque liberorum
hominum de per ſe agit.
216 Sicut quoq; de perſonali, † & abſoluta ſubiectio-

ne de per ſe loquuntur omnes leges,& rationes,quibus ipſe adducitur ad aſtruendam negat.opin. cuiuſmodi eſt *lex illa vnica,C.de capit.ciuium,* quã primò pro ſuæ opin.fundamento citat,ibi, (è contra eſt lex iſta) & ſupra *tit.praced.de agric. & cenſ. l.ſeruos 12. qua de ſeruis,tributarijs,& inquilinis loquitur*,qui vt inquit *Bald.* in terminis noſtris,inquilini,aſcriptij, & cenſiti non ſunt in commercio, & de per ſe alienari prohibentur,ſicut res ſacræ, & religioſæ, ſecus verò cum territorio,& gleba,*vt ex l.quemadmodum, fundat Bald.in d.§.ex eadem lege,poſt nu.1.& 4. verſ.ſed quomodo.*

Et ſic etiam *in l.generaliter,§.vlt. & l.inuitus,ff.de*
217 *fideicom.libert.*† ſicut etiam eo tendit ratio, qua vtitur paulò infra *in verſ. item quia non poteſt pater filium inuitum in adoptionem dare, l. in adoptionibus, ff. de adoptionibus, & ibi (quomodò poterit hoc Rex de ſubdito ſuo homine vtiq; libero,cui poteſtas in eum eſt ex quadam praſſura iuris gentium) & ibi (fauendum eſt ergò his liberis hominibus, vt apud ſe ſint,l.fin.ff de liber.exhib.*

218 Et clariſſimè hoc colligitur,† dùm in fine pro ſua opinione citat *Iſer. in d.l.imper. verſ. nec dominus,in 2.q.in quo loco apertè ſupra fundauimus Iſer.doctr.ſupra fundatis concluſ.* non obſtare,vel ad ſummum loqui de alienatione,& ſubiectione perſonali de per ſe, cùm de alienatione,& infeudatione vaſſallorum cum Vniuerſitate egerit ſupra in præcedẽti ſeparata quæſtione *in verſ.& ex his oritur*; Et hoc idem confirmatur ex his,quæ ſubijcit *in verſ ſumpto colore*, dùm dicit huiuſmodi alienationem vaſſallorum non validari per *extrau.Innoc.Sexti,incip.ad Regnum Siciliæ,* quæ permictit Regi alienationẽ infra ſummã vnc.20.

annui reditus, de qua infra latius. Siquidem, vt ſubdit *Lucas* illa *Cōſtitutio* loquitur in bonis demanialibus, non in liberis hominibus, & ſic declarat expreſsè ipſum loqui in ſimplici alienatione hominum, & vaſſallagij, non autem demanialium; vndè doctr. *Luca*, vt ſupra declarata remanet ex ſuo conteſtu, & ex legibus, rationibus, & authoritatibus, quibus innititur; & ſi aliter voluiſſet *Lucas* benè ſciuiſſet formare quæſtionem expreſsè, Vtrum Rex poſſit alienare vaſſallos cum Vniuerſitate, vel vt formauit *Iſer.* ſub quæſtione alienationis demanialium, & ſic Ciuitatū, & Caſtrorum, & præſertim cum tam maxima adſit diuerſitatis ratio quòad iuris effectum inter hos caſus.

219 Et tandem quidquid voluerit *Lucas*, † non tantum nobis officeret illius in contrariam opinio contra magis communem, quæ ſtat pro nobis, quantum nobis profuturum eſt ipſius de conſuetudine ſuis temporibus teſtimonium, tàm enim *in princip. quaſt. ibi* (Pone prout peccatis facientibus in Regno frequenter occurrit, Rex an poſſit vaſſallos demaniales donare, &c. quàm *in fi. verſ.* & breuiter, teſtatur ſuo tempore in Reginali Curia homines territorij Auerſani ex quadam villa vtiq; liberos donatos fuiſſe cuidam militi, vt eſſent in perpetuum eius homines, & vaſſalli.

Et hoc ſupponit frequenter ſuo tempore cōtingiſſe peccatis facientibus, quod nunc contingit ex neceſſitate fauore defenſionis fidei, conſeruationis Imperij & totius Chriſtianæ Reipublicæ ſuadente.

220 Nec mirum † ſi *Lucas* fuerit adeò rigidus in hac materia, tàm in alienatione vaſſallagij de per ſe *in d. l. vnica*, quàm in alienatione demanialium, de qua agit *in l. quicunq; col. 5. in verſ. igitur quæ dicta ſunt*

*in fiſcalibus*, C. *de omni agro deſerto, lib.* 11. quia de recenti erat ædita *extrau. Inn. Papæ. VI.* prohibitiua, vt is teſtatur *ibid. verſ. & certè ſuper hoc emanauit in contrarium temporibus noſtris Conſtit. extrau.* Innoc. *Papæ VI.* quæ alienationes demanium, diminutiones redituum, & bonorum fiſcalium, magnaſq; prouiſiones vltra viginti vntias annuatim ſub excommunicatione, aliarumq; grauiorum interminatione pœnarum apertiſſima dilertione damnauit.)

221 Quam crediderim ex eo tempore non fuiſſe † vſu receptam, *vt idem Lucas innuit*, dùm maiori quam, par erat retro ſuccenſus, mox ſubdit (quas pœnas nõnulli, qui deberent eſſe reliquis exemplar vitæ, & regula morum, obſtinata mente, animoque ſuſtinent indurato.)

Quod ex magnis, & frequentiſſimis conceſſionibus ſucceſſiuis temporibus factis per huius Regni Sereniſs. Reges, & præſertim Inuictiſs. Principes Aragoneos, & Imperialis domus Auſtriacæ ſatis liquere dicitur, & pluſquam notorium eſſe apparet, quas tamen iterum centum annorum, vel circa interſtitio ob finem finitam, vel aliter ex natura contractus feudalis in Fiſcum redigi experientia docuit.

222 Et locupletiſſimi ſunt teſtes † *Affl. qui in rub. quæ ſint regal. poſt nu.* 60. nuncupatim loquens de dicta *Conſtit.* Innoc. 6. ſubdit) ſed hoc hodie temporibus noſtris non ſeruatur, nàm videmus Reges magnas prouiſiones dare, & exceſſiuas Cõſiliarijs, & eius hæredibus de introitibus feudalibus ex diuerſis cauſis

223 vltra mille, &c.) & ſcribebat in anno 1480. † tempore quo Hydruntini à Turcis fuerunt redditi martires, *vt idem teſtatur initio d. rub. & idem repetit in* §. *præterea ducatus, 3. notab. n.* 48. *in fine*.

 Et

Et D. meus Capyc. in *inueſt. in ver. Reges etiam*
224 *infeudant, verſ. limita nam Rex Siciliæ*, † vbi dicit *d. Conſtitut.* non ſeruari, licet viderit in multis alienationibus factis in D. de Santo Seuerino, & de Marzano, aſſenſus Sedis Apoſtolicæ, ſcilicet ex abundanti, quod iàm dici conſtat, exolcuiſſe.

Et refert, & ſequitur *D. meus auunculus, & magiſter Regens de Curte in 1. par. tract. feud. c. 3. §. licet autem, num. 21.*

225 Et de Conſuetudine † huius Regni, alienandi etiam iura directa teſtatur *præſtantiſſ.* D. *Reg. Tapp. poſt Camer. loco citato, &* Annam *in d. l fi. c. 9. p. 2. ſub nu. 36. de conſt. Princip. Capibl. in prag. 8. p. 3. n. 148. de Baron. & nouiſſimè Maſtrill. lib. 1. c. 12. n. 30. de magiſtratibus*, & ita ſemper practicatum, & obſeruatum, tàm à Regibus Regni, quàm etiã ab ipſis Baronibus,
226 † quibus quotidiè permiſſum eſt vaſſallos etiã reluctantes in alios etiam inferiores transferre cũ mero, & mixto Imperio mediante aſſenſu Regis, latiſſimè probat *Loffred. in d. §. nec* Dominus, *col. 3. in fi. & 4. à verſ. & alia ratio, iunctis dd. quæ ſubdit col. 6. verſ. confirmantur hæc ex his, in fine, ibi (quia* Dominus *.i. Rex poteſt vendere feudum ſine conſenſu vaſſalli, non ſic è contrario) & reſoluit omnes obiectiones.*

Quinimò plus voluit *Loffred.* in Regno nedùm vigere conſuetudinem, quod Rex, & Barones præuio aſſenſu poſſint vaſſallos inuitos in alios transferre,
227 eoſq; vendere, † ſed quod magis eſt, quod Rex poſſit directum etiam dominium alienare, transferendo ad libitum vaſſallos feudatarios, illoſq; alteri delegare, vt fidelitatem iurent, & ſic diſtinctio negatiuè, & affirmatiuæ concluſionis ſupra facta ſit neceſſaria extra Regnum, cum in Regno noſtro vigeat eadẽ con-

ſuetudo, quæ Mediolani ſeruatur, de qua *in d. §. ex*
228 *ead. lege,* † vt Rex poſſit etiam in inferiorem, & inæqualẽ ius directi dominij alienare, vt expreſsè firmat *Loffr. d. col. 4. in verſ. & quamuis ille §. & col. 6. verſ. confirmantur hæc ex his, in fine, ibi,* (quod alibi extra Mediolanum ſeruatur æqualitas, quæ æqualitas in hoc Regno non ſeruatur, quia Rex, &c.)

Quem *Loffr.* ad hoc in ſpecie ponderat *Lipar. in d. §. ex eadem, nu. 9. in fi. verſ. vbi eſt lit.* I.

229 Et hoc eſt, quod pleniſſimè teſtatur † *Camer. in l. Imper. car. 7 t. col. 1. in prin. lit. A.* in Regno conſuetum eſſe alienare iura directa, etiam in præiudicium Coronę, vt toties vidimus author. *Iſer. & Panor.* quia licet extra Regnum hæc diſputentur longa diſputatione *per DD. in locis allegatis, & per modum in tract.* Tamen propter conſuetudinem in Regno non diſputamus.

Quod iterum repetit *Camer. in § pręterea ducatus*
230 *car.* 168. † vbi illud addit (vnum non omittam me nunquam vidiſſe Regem alienaſſe ſuum directum dominium, ſed pęrſæpè terras demaniales conceſſiſſe, quod Rex Galliarum facere non poteſt) ex quibus
231 verbis nedùm redditur clara Regni conſuetudo, † ſed apparet non obſtare dictum Baldi dicentis, Regẽ Franciæ non poſſe alienare vnam ex Ciuitatibus Regni ſui, quod refert D. *Capyc. in ver. Imperator, verſ. quarta declaratio, car.* 150. *in inueſt. & fuit originale dictum Hoſtien. in c. dilecti, vbi Felyn. & cæteri, de maior. & obed.*

Quia ex tanti Viri teſtimonio clarè patet, quàm longè diſtet in præſenti materia Conſuetudo Regis, & Regni noſtri à conſuetudine, & vſu Regum Franciæ, & propterea à poteſtate, & more vnius ad alterũ inferri non poſſe.

Et

232 Et ob id opinio *Ignei in repet. l. donationes, quas diuus, C. de don int vir. et vx. à n. 6. verſ. quaro igitur & nu. 26. cum ſeq.* nobis obſtare nullo modo poteſt.

Licet .n. ipſe probare conatus fuerit promiſſa etiã ex cauſa Fęderis à Rege Chriſtianiſſimo Regi Anglorum nõ obligare ſucceſſores: Loquitur .n. primo attenta antiqua conſuetudine illius Regis, & Regni,

233 † vbi arctiſſimè prohibetur alienatio demanialium pluribus ædictis, & Senatuſconſultis diuerſorum Regum id ſtatuentibus, vbi etiam moris fuit, vt nec Dominus Ciuitatis, vel Caſtri poſſet vaſſallos alteri ſubijcere, & admiſſa fuit contradictio vaſſallorum, dùm allegant eorum intereſſe non mutare dominum, ſicut è contra, *vt latè in deciſ. Capp. Thol.* 486. & iuxtà hos terminos loquitur *Renat. Coppin. de doman. gallico li. 2 tit. 1. n. 3. & Hottomanus qq ill. omnium prima.*

234 Secundò fatetur ſe loqui, † contra receptas, & cõmunes traditiones omnium, etiam Gallorum, qui in ea quæſtione ob bonum pacis aliter ſentiunt, vt ipſe fatetur *d. nu. 26. verſ. ego verò contra omnes præfatos DD. & ſequaces eorum, &c.*

Tertiò, opinio *Ignei* nuncupatim reprobatur per modernos, qui poſt eum ſcripſerunt.

Quartò, poſſet defendi in caſu ſuo, ad quem ſe vi-

235 detur reſtringere, † vt ſ. pactum de annua penſione danda per Regem Galliæ Regi Anglorum, ex quo tacitè fateri videbatur Rex Chriſtianiſſimus per illã cenſus promiſſionem Regem Anglæ directum eſſe Dominum Regni Franciæ, qui tamen ſuperiorem nõ recognoſcit in temporalibus, retento ſolum dominio vtili, non valere, velut in diminutionem, & exinanitionem Status Regis, & Regni, & contra expreſſam prohibitionem legis Regiæ, vt *per Ign. n. 28. & 30.*

Et

Et quinto, nec eſt omninò verùm, & indiſtinctè
236 † Regem Franciæ non poſſe alienare Ciuitates demaniales, quia contrarium dixit ſe vidiſſe ſeruari tota die in Francia, etiam vaſſallis inuitis *Panor. d. conſ. 3. in 22. quæſt. par. 2.*
237 Et quod ex cauſa neceſſaria, & ſi non maxima, † puta propter tranſitum Principis, vel conſtructionem viæ publicæ in recompenſationem iuris alterius, etiã vbi non ita commodè alibi poteſt fieri recompenſa, quod poſſint etiam in Francia alienari Caſtra inuitis vaſſallis, non obſtante prædicta prohibitione, de qua per *Hoſtienſ.* latè fundat *Franc. Marc. quæſt. Delfin. 337. p. 1. ex n. 7. verſ. ſed pro contraria parte, vbi n. 11* refert plures alienationes Caſtrorum factas in Delfinatu temporibus Caroli VII. Ludouici II. & aliorum Principum, etiam ſi alibi ita commodè non poterant compenſari *nu. 10. & in fine.*
238 Et ob id *Bald.* † loquens de donatione, vel legato Ciuitatis poſuit exemplũ in Rege Vngariæ, vel Francorum, quod ſi donarent mihi (vt ipſe inquit) Ciuitatem, in qua iuriſdictionem haberent limitatam, ſolam illam iuriſdictionem, quam habebant donare viderẽtur *in l. monumenta 14. C. de legat. ſequitur Dec. conſ. 186. & pro tenui n. 3.* reſpondens pro Guglielmo de Bautio vendicante Caſtrum Lambiſci contra Ducẽ Lothoringiæ ſucceſſorem, vel cauſam habentẽ à Rege Renato, pro quo etiam conſuluit *Iaſ.* licet contrarium in eodem caſu pro Duce conuento reſponderit *Ruyn.* vt obſeruarunt ibi *moderni addentes Galli.*

Et amplius *Guido Papæ deciſ. 560. incip. Dominus*
239 *Odoffredus, poſt nu. 2. verſ. præterea,* † teſtatur de conſuetudine generali Patriæ Delfinatus, & circumuicinarum Principes infeudare, & in alios transferre,

etiam minores eorum Villas, & Caſtra ſine conſenſu habitantium vaſſallorum, & idem facere Barones, & refert caſus, & exempla, ſubdens, quòd conſuetudo in hac materia feudali obtinet principatum.

240 Et ita ſunt intelligenda, † quæ ipſe idem prius dixerat *dec.* 139. *incip.* Rex *Franciæ, referēdo* Hoſtien. & *Bal. in contrarium*, vbi expreſsè ſe remiſit ad dicta *per eum in d. dec.* 560. quaſi dixerit non procedere de conſuetudine generali.

Et quamuis *Matth. in nouiſs. addit. ad dict. deciſ.* 239. *in prima addit.* recenſeat Senatuſconſulta, & ædicta prohibitoria illius Regni alienandi demania, quæ iure iurando rata, & inconcuſſa confirmant Reges Franciæ cum inaugurantur.

241 His tamen non obſtantibus † *Ferrer. in in* 2. *add.* declarat ædicta procedere in alienatione omnimoda, per quam Rex abdicaret à ſe omnem iuriſdictionē, dignitatem, & dominium, nihil ſibi retinendo, alias ſecus *ex Oldr.* Hoſti. *Panor.* Ioa. *Sanxone*, *Iaſ. Chaſſan.* Benedic. Hottom. & *Coppino*.

242 Ex qua conſuetudine antiquiſſima † infert *Papon.* tàm in dec. 551. quàm in d. dec. 560. potuiſſe Odoſſ[illegible] dum Epiſcopum Vapinenſem ducentis annis ante annum 1460. ſubijcere villas, & Caſtra ſibi ſubdita in temporalibus Regi Siciliæ, & homagium ipſi facere ſine conſenſu, & voluntate Ciuium ſibi ſubiectorum, & recognoſcere dictam Ciuitatem Vapinenſem, & Caſtra adiacentia tenere de feudo tunc Regis Siciliæ, & ſucceſſorum in dicto Regno, & Comitatu Forcalquerij, & proindè ipſos effectos homines, & ſubditos d. Regis Siciliæ, qui fuerat in poſſeſſione ſuperioritatis, & maioris dominij, & non Delfini Franciæ, quamuis dicta Ciuitas eſſet de diſtrictu Delfina-

tus,

tus,& proindè reſpondit dictum Epiſcopum, tanquã vaſſallum Regis Renati, teneri, vt ſuo Domino ſubuenire in guerra, tunc per eum mota de anno 1460. in inuaſione Regni Neapolis (quàm ipſe falsò recuperationem vocat) & ad alia, ad quę ex forma fidelitatis tenentur vaſſallus feudatarius, & ipſius vaſſalli ex eadem re, & cauſa, quo caſu iuxta diſpoſitionẽ *l. Imper. § illud,* vaſſallus vaſſalli mei dicitur adhuc meus vaſſallus, *vt latiſs. per eum in dd. dec.* 551. *&* 560. vbi pulcherrimè loquitur.

Et ſequitur *Dom. meus Reg. de Curte,* qui tàm in articulo alienationis demanialium Terrarum, & Caſtrorum, quàm in altero vtrum vaſſalli inuiti, tàm feudatarij, quàm burgenſes alteri ſubijci poſſint, &

243 vendi, † teſtatur Reges Regni ſemper fuiſſe in hac poſſeſſione, & conſuetudine alienandi, & diſponendi ad libitum *in d. c. 3. §. licet autem, nu.* 23. *& nu.* 37. *in fin. & num.* 38. limitat opinionem eorum, qui tenent negatiuè, vt in Regno de conſuetudine non ſeruetur.

Et licet dicat opinionem negatiuam extra Regnũ

244 eſſe communem, parcat mihi, † quia non poſſum non mirari, quod Vir doctiſs. & Præſes, rationum in numero DD. computando errauerit, vt ex ſupradictis patet.

Idemq; firmat *Viuius, qui poſt Guid. Pap. Pariſ. Socc.*

245 *Iun. & alios,* † dicit hanc eſſe generalem conſuetudinem, ſubdẽs ipſos fateri veritatem ipſam, & quia ita quotidiè obſeruatur *inter com. opi. concl.* 637. *verſ. ſed contrarium, tomo* 2.

246 Sicut vtrumq; caſum includit † *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. §.* 1. *incip. tetigimus, ſupra nu.* 4. vbi dicit, quod vera, & communis eſt opinio, poſſe Dominum directum vaſſallos ſuos de de-

ma-

mãnio inuitos vẽdere, & terras demaniales alienare.

247 Ex quibus patet grauior lapſus *Neuiz.* † dum auſus fuit attentare, hanc conſuetudinem, vti irrationabilem, non valere *poſt nu.* 118. *verſ. non obſtat*, ſuffultus authoritate *Somnij viridarij*, quod verè ſomniare ipſum fecit, vt optimè ipſum ex more, etiam in hoc refellit *Loffred. noſter d. col.* 7. *verſ. nec ſimiliter, vbi ex* Io. *Fabro*, Ang. *Aret.* Iaſ. *Det. Lupo, Igneo, et Curt. per ipſummet Neuiz. citatis* belliſſimè confutat eius dicta, & reſpondet ad *Fabian. de Monte*.

Cui addi poteſt pro defenſione *Neuiz.* ipſum non figere pedes ſuper dicta prima reſponſione inualiditatis conſuetudinis, ſed ſtatim ad alteram confugere ſʒ quod *tex. in d.* §. *ex eadem lege, de lege Corradi*, loquatur, quando alienatio fit in parem, non autem quando in inferiorem, & quod huiuſmodi conſuetudo tanquam facti ſit probanda, quia locum non ha-

248 bet extra Mediolanum, † vnde vel errat *Neuiz.* ſi credimus *Baldo. & alijs ſupra relatis*, quod conſuetudo ſit generalis, vel non obſtat, cum ſimus Neap. vbi viget conſuetudo Mediolanenſ. in omnibus, in quolibet aduertere *tex. in d.* §. *ex ead. lege* permictere alienationem, etiam in inferiorem, & inæqualẽ, omninò ruſticum, ſi cum Curia feudum alienetur, *iuxta comm. ſenſum glo. Iſer. & aliorum ſupra relatorum.*

Et amplius dixerunt *communiter DD.* circumſcri-

249 pta prædicta conſuetudine, † Principẽ etiam abſq; cauſa poſſe derogare prohibitioni, quod vaſſalli inuiti non alienentur, cùm dicta prohibitio ſit inducta de iure poſitiuo *per d.* §. *ex eadem, &* §. *præterea ducatus*, cui Princeps poteſt derogare pro libito, & ſufficit pro ratione voluntas, & derogat cum clauſula ex certa ſcientia, per quam cenſetur derogare iuri com-

 muni,

muni, vel ſub alia ſimili forma, *vt latè Natta d. conſ. 367. ex nu. 7. ad 13. Pariſ. conſ. 22. nu. 87. volu. 1. Rol.*
250 *d. conſ. 1. nu. 90. 94. & 96.* † vbi ſimiliter coniugit caſus alienationis vaſſallorum, & Caſtrorum, & aliorum bonorum demanialium, vt fecit *Reg. de Ponte ſupra, idem* Hypp. Rimin. *d. conſ. 601. nu. 42.*

Quod ſi concurrat in alienatione demanialium,
251 vel vaſſallorum aliqua cauſa neceſſaria, † nemo etiam ex his qui negatiuam tuētur, & circumſcripta omni conſuetudine auſus fuit negare id fieri poſſe, etiā inuitis ſubditis, *vt latè per* Pariſ. *d. conſ. 22. n. 88. &* Rim. Iun. *d. conſ. 601. n. 45. vbi dicunt hoc firmare Iſern. in c. 1. quo temp. miles, & quod eum ſequuntur omnes in d. §. præterea ducatus, Alex. in d. l. 2. nu. 29. ff. ſol. matr. Barb. conſ. 12. col. 4. & 5. in ſecundo, Felyn. in d. c. dilecti, n. 9. de maior. & obed.* Petr. *Greg. de conceſſ. feud. p. 7. q. 4. n. 18. poſt Bal.* Pari. Rom. Iaſ. Iacob. *& alios per ipſum relatos,* Rubeus *Alex. d. conſ. 96. in fine verſ. item illa immunitas.*

Quinimò id licerè, nedùm ex cauſa neceſſitatis,
252 † ſed etiam vtilitatis, probat *idem* Rimin. *in d. conſil. 601.* reſpondens in caſu alienationis Caſtri Roberti factæ per Sereniſs. Archiducem Auſtriæ, quod iuſtè fieri potuerit, vt diſtinctæ iuriſdictiones penes vnum vnirentur, quamuis illud Caſtrum ſpontè ſe iuriſdictioni ſuorum prædeceſſorum ſubiecerit.

Ex quibus omnibus concluſionibus ſimul iunctis conſecutiuè oritur, & fluit ex veritate præcedentium deciſio præſentis conſultationis, & erit

SEptima Concluſio principalis. Cōtractus, quibus ſupremi Principes promittunt conſeruare Caſtra, & Ciuitates ſubditas ſub perpetuo ipſorum demanio,
253 ſeù immediato dominio, & iuriſdictione † nedùm

re-

reuocari poſſe ex plenaria, & libera poteſtate, quæ Principibus iure communi competit in iuriſdictionalibus, & regalibus, & quia cum huiuſmodi contractus habeant tractum ſucceſſiuum in futurum ſont ſui natura reuocabiles pro futuro tempore, ex quauis iuſtâ cauſa, & ſi non ſit præciſa, & neceſſaria, vt ſupra.

254 Verum exiſtente iuſta, & neceſſaria cauſa, † quæ includat bonum commune publicę vtilitatis, maximè ſuperuenientis poſt contractum poſſet huiuſmodi demaniorum contractus reuocari, & reſolui, vt iterum

255 loca infeudentur, † non obſtantibus iuramento, & quibuſuis ampliſſimis, & arctiſſimis clauſulis, quibus contractus iſti ſolent roborari, reſtituto pretio recepto, vel cum promiſſione de reſtituendo cum primum poſſit. Idq; totum ex natura, & ſecundum naturam eorundem contractuum, & facultate à iure conceſſa,

256 Probatur primum authoritate *Card. Florent. incip. Dominus Nicolaus Marchio Aeſtenſis.*

257 Secundò magis in ſpecie latiſſimè † hoc probarunt conſulendo *tres inſignes DD.* nempè *Iaſ. conſ. 56 lib. 1. & latius conſ. 227. in ſecundo,* Bart. Socci. cõſ. 4. *in tertio, & quidem D. Raynerius* Aduocatus *Sabaudienſis, de quo meminit Soccin.* qui omnes reſponderunt, potuiſſe Ducem Sabaudiæ infeudando cum titulo Comitatus concedere Theodoro de Rotarijs Caſtra Summaripæ, non obſtantibus.

Et Primò, quod Dux Philibertus per viam conuẽtionis, & cõtractus promiſerit dictum Caſtrum nullo futuro tempore alienare, nec infeudare recepto pretio florenorum duorum millium.

Secundò, quòd Caſtrum prædictum eſſet locus inſignis, & ſitus in limitibus dominij Sabaudienſis, & magni reditus, & ſic alienatio tenderet in maximum

detrimentum Status ipſius Ducis.

Tertiò, quòd ipſe Dux Carolus prohiberetur per ædicta, ſeù decreta Ducalia, quibus interdicebatur infeudatio rerum, & Caſtrorum patrimonialium incorporatorum Cameræ computorum, *vt refert Iaſ.in arg.conſ.& col.3.dum in verſ.aggredior nunc*, refert fundamenta procuratoris fiſcalis, qui ex multis prętendebat infeudationem factam annullare.

Et quartò, quamuis in illo caſu non concurriſſet cauſa publicæ vtilitatis, vel ſaltim tàm vrgẽs, & præciſa, quæ includeret commune bonum totius Chriſtianæ Reipublicæ, vel ſaltim neceſſaria pro conſeruando ſtatu illius Principis, ſed tantum fauor remunerandi ſeruitia, & operam iamdiù præſtitam per illũ Theodorum in matrimonio contracto inter Ducem Carolum, & D. Blancam filiam Marchionis Montiſferrati, ex quo erat acquiſita dicto Duci ſpes ſuccedendi Marchioni, qui tunc temporis carebat prole maſculina, quæ ſpes tractu tẽporis euanuerat ob natiuitatem maſculorum, *vt teſtatur Iaſ. in* 8. *col.in* 8. *fundam.pro* Rotarijs *Soccy.n.x. verſ.tertium quia.*

Et mouentur iſti tres patres ſolidiſſimis rationibus quæ in DD. Conſilijs referuntur.

Et inter alia fundant, vt veras, & communes ſubſcriptas concluſiones.

258 Prima, Principem Supremum † poſſe tollere dominium, & alia quæſita de iure gentium, cum clauſula de plenitudine poteſtatis, vel alia ſimili æquipollẽ-
259 ti, etiam nulla ſuaſiſtente legitima cauſa. † Sed ex iuſta, vel neceſſaria cauſa indubiè poſſe tollere ea, quæ ſunt iuriſgentium, & euacuare contractum inhitum cum priuato, cum, & poſſit auferre res priuatorum, & tollere eorum dominium, *Iaſ.latè in* 12.&

13.

13. *fundamento pro Rotarijs*, vbi dicit hæc verba, (quod ita tenent gloſæ ordinariæ vbique, tàm iuris Ciuilis, quàm Canonici, Ciuiliſtæ, & Canoniſtæ.)
260 Et ampliat etiam † in inferiori a Principe, quod auferre valeat ex cauſa ius tertio quæſitum, *& in* 14 *concluſ.* quod Princeps reuocet priuilegia ſubditis conceſſa, etiam quæ transfunduntur in contractum ex cauſa publicæ vtilitatis, *ex c. in noſtra, ſecundum intell. Innoc. & Butr. de iniur. cum alijs*, quod iterum repetit, & confirmat in reſolutione contrariorum *idem Soccy. d. conſ. 4. nu. 10. verſ. tollitur etiam*.

Secundam concluſionem addit *Soccy. in d. conſ. nu.* 4. 5. *vſque ad nu. 7. verſ prætere a, vbi d. n. 7. in fine*
261 dicit, hoc eſſe optimum fundamentum, quod etiã cõtractus factus à Principe cum ſubdito recepta pecunia poteſt reuocari per Principem de plenitudine poteſtatis, etiam ſine cauſa, vel de poteſtate ordinaria cum legitima cauſa, quando non eſt ſimplex contractus puta venditionis, vel permutationis, qui inter priuatos celebrari ſolent, ſed de rebus ſpectantibus ad Principem, in quibus ſemper ačtera principali intentione præualet gratia, & beneficiũ, authoritate *Baldi in prælud. feudor. n. 9. verſ. pro intellectu eorum*,
262 † vbi concludit, contractum feudi non ideò minus cenſeri beneficium, & gratiam, quia ſi comparentur inuicem extrema feudi ſ3. conceſſio, & recompenſatio beneficiorum, cenſetur præponderare beneficium
263 & ideò feuda habent plurimum gratiæ, † & rectè appellatur beneficium, quia præualet extremum potentius, quod exemplis comprobat, ex qua *Baldi do-*
264 *ctri. colligit* Soccy. † quòd quando conceditur gratia recepta pecunia, non deſinit eſſe gratia, quia gratia præponderat *ex tex. pulcherrimo in l.* Titius pue-

*rum*

*rum 3.ff.de obſequijs à liber.& libert.&c.vbi Marcellus reſpondit*, quòd qui pecunia ſeruum ſuum manumiſit iura patronatus reſeruauit,quia & ſi beneficium manumiſſionis gratuitum non fuerit, beneficiũ tamen eſt,ex quo ſponte fit,*qui tex.babet concord. in*
265 *deciſ.principali*,† vt pecunia non impediat, quin iura patronatus cenſeantur reſeruata,quando ſponte manumiſit,*l.* 1.*C.de bon.libert.& l.etiam*, *C.de obſeq. præſt.* ſed eſt ſingularis in ratione,quam reddit,beneficium eſſe,licet gratuitum non ſit.
266 Ex quo *tex.infert Romar.*in indiuiduo, † quod non ideò minus dicatur priuilegium,vel beneficium, quando Princeps concedit aliquid, 13 pecuniam recipiat, & quod propterea poterit prædictam conceſſionem reuocare, quia verè non dicitur contractus, ſed priuilegium, & regulari debet ſecundum naturã priuilegij reuocabilis,de quo dicit eſſe casũ in term. *in d.l.Titius puerum, vt per eum ſing.* 463. *an Dux Mediolani ſequitur* Catel.Cotta *in memor. ver. exẽptus,& in ver.ingratitudo,verſ.ſecundo confirmo, qui ita dicit etiam, & non aliter ſentire Bal.in d.l.qui ſe patris,col.pen.verſ.hoc ſcias,& ſic clarè dicit* Cotta *nõ aduerſari præd.ea quæ tradit Bal. in d.l.qui ſe patris.*
